

dubie prius motiū excedit secundū nempe Redemptionis, quia non expectavit summam hominum indigentiam, & necessitatem, ut summo modo sese hominibus communicare velle; Neque hic amor fuit ad solam illam singularem speciem, quam assumere voluit, sed simpliciter ad humanam speciem, quam totam per se voluit hoc exaltare mysterio, iuxta illud Psal. 8. *Misisti spiritum tuum in Angelis*, id est hominem in tota sua specie exaltasti in Christo, ut exponit Paulus ad Hebr. 2. per quem hæc dignitas in totum humanum genus redun- dat, quia enim Christus caro nostra est, quod isti contingit, non- bis contingit dicitur, ut exponit Adamus in quo tandem offendit etiam Deus singulariter benevolentiam ad Christi animam, & humanitatem, quod ex solo suo beneplacito abique ullo singu- lulari motivo, quod ex parte ejus præcelleret, eam ceteris ad tantum bonum prælegerit; At verò motiū redemptionis in hoc excedit, quod ex vi illius non tantum in totum, sed etiam pro inimicis homo fieri voluit, itam quod ex vi illius simpliciter loquendo vel majora, vel plura beneficia contulit tali animo & voluntate, ut ea sola ratione, & propter illud motiū ea omnia conferret, quamvis ex nullo alio tantum mysterium facere deberet.

Hinc tandem inferit Suarez, quomodo in his motiis simul sumptis magis divina charitas ostendatur; nam si Deus ita voluisset innocentes homines sua Incarnatione honorare, & dicitur, ut eisdem in peccatam lapsos nollet eadem Incarnatione miserere, non sese ostenderet peccatores diligere, eorumque misere- ri; & nisi hoc motiū indigentiam humane nature fuisset ab ipso existimatum sufficiens ad hoc beneficium hominibus præstan- dum, minorē se habere ad peccatores charitatem ostendē- ret; Similiter et converso, si Deus ita existimaret affectus ad hu- manam genus, ut non nisi ob extremam necessitatem, & indigen- tiam illi esset hoc summum beneficium præstiturus, nec solum beneficentia rationem, & humane nature exaltationem existimaret sufficiens motiū ad hoc tantum bonum estatur humane tribuendum, nisi simul misericordia, & sublevari ad summam miseria interveniret, minus quidem in hoc ostenderet charitas Dei ad homines, quam si utroque statu intelligat volun- tatis ejus propensa, & inclinata ex vi utriusque motiū ad se communicandum hominibus, eisque beneficiandam juxta eorum statum, & capacitatem: sicut inter homines magis amorem ostendit, qui omnia bona sua vult cum amico communicare, non solum ut eum ad aliqua miseria, vel indigentia liberet, sed etiam ut eum in altiori ordine, ac dignitate constituat, quam si ei tantum in extrema necessitate constituto subvenire velit.

Dices, non docet Regem sine causa domum subditi adire, si rimen id facit, quando subditus egrotat, non modo non deditur, sed honorificum ipsi est; sic honorificum Alexandro fuit de capite suo diademam detrahere, ut valens Lysimachus al- ligeret, quod tamen sine necessitate Alexander non fecisset; & Patremfamilias, ait D. Thom. aliquid præiosius daret servo egrotato, quod non daret sano. Nega ut assumptum, nam ex dis- curfu præcedenti constat docere Regem, ejusque amorem in subditum magis ostendere, si domum subditi adcat, & sum- diadema in eius capite ponat, non ex sola necessitate morbi, & vulneris, sed etiam ut servum honorificet; & si Patrefamilias daret præiosum domum servo sano, quod alii dare solent egro- to, ergo arguunt, quoniam eisdem hæc duo motiva admittantur concurrere ad Incarnationem ponendam; nimirum, & nature humane exaltationem, ac etiam eisdem ad peccato redemptionem, ac etiam quod primum præcelleret ordine rationis, & origi- nis, si nihilominus alterum adhuc videtur prius dignitate, si non potest dici unicum, & totale respectu Incarnationis, saltem dici debet præcipuum, & principale probatur conclusio, nam etiam si quæritur in nobis contingit, ut motiū, quod est prius prioritate originis, & dignitatis, non sit prius dig- nitate, & excellentia.

Quæritur etiam cum eodem Suarez loco citato hæc duo motiva se habere, ut excedens & excessum sub diversa ratione, nam si consideretur id, quod præcise singulari dicitur scorum sumpta, maius quidem, & excellentius est primum motiū, quam secundum, quia simpliciter maior est excellentia ipsius mysterii secundum se, quam hominum redemptio, nam illud est maximum bonum propter se appetibile, non verò illud, ut supra dictum est: imò maior est dignitas, & excellentia solius anime Christi, quam ceterarum omnium simul, maiusque beneficium est Incarnatio Christi, quam passio, vel mors, cum ex Incarnatione, ut sic, sequatur fructus gratiæ, & gloriæ, non solum hominum, sed etiam Angelorum; At si motiū Redemptionis consideretur, non solum secundum id, quod addit primo motivo, sed etiam quatenus includit quicquid ma-

ius, & excellentius est in illo: hæc ratione tunc hoc motiū dici potest, ac debet maius, & excellentius: quia motiū divi- nam voluntatem non solum ad volendum hypotacticam unio- nem, sed etiam admirabilem eius modum, & movere ad volen- dum non solum Christi Incarnationem, sed etiam eius passio- nem, & mortem, quod censetur maximum Dei beneficium, non præcise, sed quatenus Incarnationem includit: & denique po- test etiam dici efficacius motiū, quatenus maiorem indigen- tiam, & miseriam in humana natura supponit, ex quo maior necessitas orta est huius mysterii, vel motiū, & medicinæ: Ex quo fit etiam, ut hoc modo consideratum fit spiritus ad Dei iustitiam, misericordiam & alia attributa manifestanda; quia inclu- dit omne id, quod est in Incarnatione secundum se considerata, & addit plures alias rationes, quibus magis ostenduntur hæc attributa, supposito peccato, & necessitate redemptionis; quæ ex illo orta est, quam finellis.

Quartò tandem arguunt, quia ex nostra sententia sequetur, quod statim innocentiæ duo capita habuisset, nam in eo statu Christus quoque caput fuisset, ut de nos concedimus, ac prout Adam fuisset caput naturale, ut de se constat, ac etiam morale, quia omnes iustitiam originalem, & gratiam depen- dentem ab eo recepissent, quam rationem fuisse prosequitur Amicus Respond. negando consequentiam, nam licet in ordine nature Adam utriusque iustitiam generis humani caput, tam- en in ordine gratiæ, & gloriæ solus homo assumptus, id est, Christus fuisset caput, ut hominum iustificator, & glorificator, cuius ipse quoque Adam fuisset membra; neque Adam caput iustitiæ, & sanctitatis meritorie eas in- fluens in posteros; sed tantum propter dependentiam ab eius constantia, & perseverantia in statu innocentie; in hoc, in- quam, sensu fuisset Adam caput iustitiæ originis, & gra- tiæ posteriorum, non autem quia fuisset causa propriè merito- rum gratiæ, & gloriæ eorum, alioquin ignobilis caput ha- buissent homines in statu innocentie, & nobilibus, & valde excellentius in statu peccati, ac proinde meliorem conditionem fuisset homo in statu nature lapsæ, quam in statu innocen- tiæ, quod est absurdum, & contra est dictis num. 42. & 54. Quod si contendit, Adamam per gratiam, quam de facto ha- buit, futuram fuisse caput iustitiæ posteriorum, & causam propriè illius meritorum, si non peccasset, quod inquit Amicus colligit ex p. 6. quod Deus inquit cum Adam, si ipse in iustitia accepta perseverasset, non modo (uomero tam tibi con- servasset, sed etiam suis posteris transdidisset.

Respondet hoc etiam admissio non sequi futurum caput Adam iustitiæ posteriorum, si non peccasset; quoniam etiam in Ad- versario nostro quorundam sententia gratiam, quam habuit Ada- mus in statu innocentie habuit ex meritis Christi, unde si in ea perseverasset, non tamen dici posset caput in ordine gratiæ, & gloriæ, sed potius solus Christus, eius meritis eum habuit, adeoque Christus solus esset fons, & origo totius gratiæ, & glo- riæ, nam Adam, tum posteriorum, & quamvis Adam per com- parationem ad posteros posset ea ratione aliquo modo dici caput iustitiæ originis eorum, si non peccasset, simpliciter tamen, & absolute loquendo Christi membra dici debere, in quod meritorie Christus ipse eam gratiam iniecit; Et quando etiam primam gratiam sanctificantem Adamo in statu innocentie non meruisset (cuius tamen oppositum probabilius esse statuumus quæst. ult. disp. præced. art. 2. in fine) quomodo adhuc dici posset primum caput hominum, & angelorum etiam ibi decla- ramus num. 497. propter excellentiam nimirum humanitatis assumptæ, & per influxum aliarum gratiarum, & consolatio- num spiritualium; sic de facto respondet Scotus, negans Christum meruisse primam gratiam sanctificantem Angelis, & primis parentibus post lapsum; sed prima solutio magis asse- rit, & alia quedam argumenta levis momenti, vide soluta apud nos.

Quæritur hic, num Christus venisset in carne passibili, si solus Adam peccasset, & non ceteri homines, aut e contra; seu sub alio titulo, an Christi Incarnatio principaliter facta fuerit ad delendum peccatum originale, vel potius actuale. Cui quæstio breviter respondendum est, ut omnes Doctores in hoc convenire, quod Christus venisset passibilis ad delenda omnia peccata, tam originale, quam actuale, hoc siquidem perinet ad perfectum minus redemptoris, qui venit, ut nos mundaret ab omni iniquitate, & faceret sibi populam accep- tabilem; simpliciter tamen loquendo principaliter venit Chris- tus in carne passibili ad delendum peccatum originale, quia remedium peccati originis, per quod totum humanum genus corruebat, fuit præcipuum motiū Incarnationis in carne passibili, ut patet ad Rom. 5. *Ut sicut per unum hominem, omnes homines peccaverunt sicut per unum hominem vitiosum fuerunt.* Tum quia peccatum originale fuit radix, & origo omnium peccatorum, ergo

ergo Christus, ut perfectus medicus principaliter venit, ut ad- haberet remedium in causa, & radici omnis ægritudinis unde con- sequenter, si solus Adam peccasset, iuxta Christum venisset pas- sibilis ad delendum tale peccatum. Similiter idem dicendum, si Adam non peccasset, sed ceteri mortaliiter peccasset aut saltem in maiori parte (quæquid sit de illa hypotesi, quæ non ad- mittenda videtur, si peccatum originale ponatur esse radix, & origo omnium actualium) addendum tamen id non futurum ex vi presentis decreti iam conditi, sed ex alio decreto, quia præcipuum motiū presentis decreti veniendi in carne passibili iam diximus fuisse remedium peccati originis. Quod si unus, aut alter peccasset, seu multi, sed pauciores, probabilius est Chris- tum non venturum pro eorum reparatione, quia non decebat propter paucorum hominum salutem Christum pati, & mori, sed Deus alud adhibuisset medium ad illos paucos salvandos. Et nota hic sermone esse de peccatis mortalibus, quia venialia non constituunt hominem Deo inimicum, nec absolute exclu- dunt à regno Cælorum, sed tantum retardant ingressum.

Quærit etiam solet, an ad reparandum genus humanum Incar- nationem futuram necessarium, vel solam conveniens. Cui pa- ter quæstio breviter respondendum est Scotus 3. disp. 20. Primo posuisset Deum relinquere humanum genus in statu peccati ab- sique reparatione, non enim ad hoc obligatur Deus, unde dicitur Sapient. 11. *quis tibi impavit tibi perierunt nationes, quas tu fecisti* idque in Sacra Scriptura reparatio humani generis sum- pta est, & absolute divinitus tribuitur misericordie, & liberali- tati. Tum quia de facto non reparavit Deus naturam Angeli- cam, quam humana præcellit, ergo multo magis potius non re- pararet humanam: Tum tandem, quia si hominem æterna peccata puniret, hoc totum fuisset casus. Secundo dicendum est, quod supposita voluntate reparationis, ponit reparare non per- vium satisfactionis, & redemptionis, sed alio modo; & ratio quia potest peccata gratis dimittere abique eo, quod satisfac- tionem exigat, eum enim sic superemus omnium Dominus, pos- set utique legem dispensare, & proprio iure cadere. Denique di- cendum, quod etiam supposita voluntate satisfaciendi omni potuit hanc accipere abique eo, quod Verbum fidei licet naturam quod- dam Doctor loc. cit. ad distinctionem 5. quæst. 1. ex D. August. lib. 23. de Trin. cap. 10. dicente non alium modum possib. lem Deo, de se esse remissionem sine humano, & sic lib. de agone Christi cap. 7. ult. appellat, qui dicitur, non potuisse alter sapientiam Dei hominem liberare, nisi sufficeret hominem; Quando au- tem hic dicimus potuisse Deum satisfacionem accipere pro pec- cato abique assumptione humanitatis, prescindimus ab ea quæ- stione inferior tractanda, an potius prout creatura ad æqualita- tem satisfacere, quam ad veritatem presentis asserti sufficit, quod possit aliquam satisfacionem præbere pro illata injuria; & quod poterit Deus hæc contentus esse, atque placari erga hu- manum genus non secus, ac si fuisset ad æqualitatem; illam ab- inuocoque hominum exigendo, vel alicui puro homini gratiam concedendo, & obligationem imponendo, ut pro se, & aliis eam qualemcumque satisfacionem exhiberet: Quæ verò contra præfatam doctrinam obicit solent soluit P. Bellucus ex- cit. disp. 7. cit. quæst. 3. ubi fusc de hac re.

Q V Æ S T I O S E C U N D A.

De peccando committitur iniustitiam in Deum, sicut ex iustitia tenentur ad satisfacionem.

Res in presenti controversia sunt opinionis, duæ extre- mæ, & tertia veluti media; Prima extrema negat pec- catum aliquod esse iniustitiam propriè sumptam in Deum, at- que idem negat hinc oriri in homine obligationem ex iustitia ad satisfacionem Deo pro peccato commisso, ita Valquez 1. par. disp. 81. cap. 4. & 3. par. disp. 7. quibus in locis, negat dari posse in hominibus veram obligationem iustitiæ erga Deum, pro quo plures recentest Doctores, & ex nostris sequitur Gallus 3. disp. 20. quæst. unice, disp. 2. A. 1. Alia extrema opinio affirmat omne peccatum habere malitiam annexam iniustitiæ, sicut sumptam in Deum, que videtur fuisse communis apud antiquos, & ex professo defendunt Suarez 3. part. disp. 4. sect. 5. Et in opus. de iustitia sect. 2. & alibi, Arriaga tract. de iustitia Dei disp. 3. sect. 6. & alij Recensitores, unde consequenter assertum hominem post peccatum manere ex iustitia obligatum ad satisfacionem. Ter- tia sententia, media à pluribus defenditur Recensitoribus, licet non eodem modo ab eis explicetur. Ut videtur, par. 2. tract. 9. communitati humani erga Deum, dari tamen in affectu, iniustitiam communitati, pro quo etiam citat Alarcon. Hur- radus verò 3. par. disp. 12. sect. 7. & 8. & Cardinalis de Lugo disp. 3. par. 3. concedit aliquando, licet raro, peccare homi- nem in Deum peccato iniustitiæ propriè, & iuste sumptæ,

de qua hic tantum est sermo, quando scilicet per blasphemiam Deo admissum honorem extrinsecum, vel si Deus uti veller ti- tulo dominij, & proprietatis, quod erga nos habet, nam tunc peccando ut eremur creaturis invito Domino; quo tamen casu dato, adhuc negat Lugo ex tali peccato oriri in homine obligatio- nem ex iustitia strictè sumptam ad satisfacionem Deo pro illo peccato; que autem sit iustitia propriè dicta, & que commu- nitee, iam diximus disp. præced. de Merito num. 143. & 149.

A R T I C V L V S P R I M V S.

Sententia affirmativa præferitur.

Dicendum est cum secunda sententia omne peccatum inclu- dere rationem iniustitiæ strictè sumptæ in Deum, idque peccatum universaliiter ex quolibet modo manere obligatum ex iustitia ad satisfacionem Deo pro illa iniustitiâ si ex peccato vel teta fuerit infamia de divino honore, teneat etiam ad restitu- tionem. Conclusio expressè deducitur ex Scoto 4. disp. 14. q. 2. ubi satisfacionem, & poenitentiam ad speciem iustitiæ revocat, quam tenet Bellucus disp. 7. quæst. 5. art. 1. Poncius disp. 6. quæst. 6. & alij Recensitores Scotici, ac Neutrales; Probatur potest primò ex Scriptura, Par. bas, ac Theologis, à quibus peccatum passim vocatur iniustitia, & peccator dicitur iniuste agere, unde etiam peccatum formaliter dicitur privatio iustitiæ debite & iustitiam etiam in omni peccato Dei iustitiam violari, & illi pro- priam irrogari iniuriam, & inde resultare obligationem iusti- tiæ in peccatore ad præstendam opportunam satisfacionem; Cum igitur locutiones huiusmodi accipi possint, ac debeat in sensu proprio sequi verum, tum peccat, ve am obligatio- nem iustitiæ contra agere, ad satisfacionem; & iniustitiam pro- priam committere; Quod etiam valida convincitur ratione, quando enim quis re naturæ aliena invito domino, tunc veram & propriam committit iniustitiam, peccator autem quando peccat, utitur seipso, suis actionibus, ceterisque creaturis invito domi- no Deo; & quia peccatum quodlibet est aversio à Deo, & con- versio ad creaturas, & tunc peccamus, cum fruimur non uten- dis ergo.

Respondent contrarii peccatum esse formaliter iniustitiam, & 82. contra iustitiam non verè, & propriè sumptam, id est, commu- nitativam, de qua est præsens disputatio, sed legalem, qua super- nos præcipere potest, & præcipiendo obligare, & subditus tenetur obedire, & ius Principatus, ac legalis Principis obligatio satisfaciendi pro peccato commisso oritur ex iustitia legalis; Et quia Deus nobis præcepta iniungit ut est Dominus dominio iurisdictionis, non autem, ut est dominus dominio proprietatis, idco quando homo peccat, utitur creaturis invito domino Deo, idco non domino proprietatis, sed iurisdictionis, unde peccatum est potius in specie inobediendi, quam iniustitiæ propriè dicitur; pro- quod notandum est duplex distinguitur iniustitia, aliud iurisdic- tionis, aliud proprietatis: primum est potestas illa, quam habet su- perior erga subditos imperandi ea, que spectant ad bonum poli- ticum, & communiæ, qua ratione solet etiam dominium politi- cum appellari alterum est potestas, quam habet Dominus erga rem propriam, utendo illa pro libito, & in propria utilitate, non verò in utilitate communitatis, qua ratione vocari solet dominium domesticum: que duo dominia separari possunt in actu primo ut Principes erga se cum utrumque habeat dominium, sed quan- do imperat operationes aliquas in propria utilitate resistan- tes, exercet proprietatis; quando verò imperat actiones ad uti- litatem subditorum spectantes, ut verbi gratia conquisitum no- dum cum armis vagetur, exercet cum servum dominium iurisdic- tionis, & ius pertinens ad iustitiam, de qua lo- quimur, est dominium proprietatis, nam dominum iurisdic- tionis atinet ad virtutem obedientie, que etiam est species quedam iustitiæ legalis in communi. Aitunt igitur, quod eisdem Deus habeat erga nos non tantum dominium iurisdictionis, sed etiam proprietatis, quippe que est iudex vivorum, & mortuo- rum, & dicitur Dominus, & legifer noliter, non tamen hoc posteriori utitur, quia in precipiendo hoc nobis non exprimit, & in dubio non debemus presumere, cum quia omnia præce- pta sunt imposta per modum legis naturalis, vel positive, lex autem, ut lex, procedit à domino iurisdictionis; ergo in pec- catis reperitur tantum malicia, inobediencia, non autem iniusti- tiæ propriè dicitur, quia per ipsa, leditur tantum dominium iurisdictionis Dei, non proprietatis, ad contrahendam verò malitiam propriè iniustitiæ requiritur, ut peccatum sit contra Deum exigentem opus titulo etiam dominij proprietatis. Hac ratione etiam dicunt Hurradus, Lugo, & alii Auctores tertie sententiæ medie, quod licet, quando Deus auctus honorem, aut calu, quo Deus à nobis titulo dominij petent nostri opera; peccatum contra iustitiam committeretur, tamen si Deus.

si Deus solo titulo Legislatoris ea opera perat, nec sint blasphemia in Deum non sit peccatum contra iustitiam, quia tunc non facimus contra Deum, ut Dominum, sed ut Legislatorem; & cum nobis non conferat eo titulo dominii opera petita esse a Deo, non debemus nos iudicare peccata nostra esse contra iustitiam, nam ubi commodè possumus, solliciti esse debemus, ut gravitatem peccatum in quantum sit, ne concludatur regulariter loquendo peccata nostra non esse contra iustitiam proprie dictam, sed tantum legalem, atque ideo includere malitiam inobedientie, non vero iniustitiam.

83 Veram in hac responsione falsò supponitur peccata esse nobis à Deo prohibita titulo tantum dominii jurisdictionis, non vero proprietatis, siquidem opera bona nobis sub utroque titulo præcipitur, & iniungitur: & quævis lex in humanis proprietatis præcipitur à potestate jurisdictionis, in Deo tamen Legislatore supremo procedit etiam à potestate proprietatis, tanquam à radice, à qua procedit potestas jurisdictionis divine, & consequenter à peccatore utrumque dominium violatur. Quod autem opera bona sint utroque titulo nobis præcepta, & mala prohibita, ex eo convincitur, quia cum Deus hos duos habeat titulos æque principales, nec unus præ alio specificatur, gratis omnino dicitur hoc debere intelligi de uno tantum titulo, & non de alio: præsertim cum Scriptura utrumque exprimat, quando Deus appellatur in c. Dominus, ac Legis noster. Itaque 23, dum enim ipsum vocat Legiferum, dominium jurisdictionis significat, & dum præterea ipsum Dominum vocat, dominium proprietatis innotuit, utrumque autem titulum proponit, ac copulat: Scriptura, ut ratione utriusque homines alacrius invitentur ad observantiam mandatorum ipsius: Vnde cum magis homines à peccatis retrahi debeant, utroque titulo sint prohibita, quam si altero tantum, potius dicendum est ita factum esse, & hoc ipsum motum impediendi peccata sufficienter esse rationem ad colligendum, quod ita factum sit, atque ideo rationabiliter ex hoc capiatur à nobis aggravari peccatum, ut non sit tantum in specie inobedientie, sed etiam iniustitiam proprie dictæ.

84 Confirmatur ex Secundo 4. dist. 46. quæst. 1. lit. K. ubi docet hæc duo dominia in Deo, nempe jurisdictionis, & proprietatis omnino coincidere, & esse profus inseparabilia, ut optime quoque hic Patet Bellutus advertit: nam dominium jurisdictionis respicit bonum publicum, & communiat, quod est iustum simpliciter; dominium vero proprietatis bonum privatim ipsius Domini, quod bonum dicitur iustum secundum quid, quia est iustum in ordine ad bonum commune, qua ratio ne inquit Scot. ibidem, in quibusdam casibus iustum esse non servare leges respicientes aliqua iusta particularia, quando nimirum eadem observatio in detrimentum vergetur sub publici, sed boni Republicæ: At respectu Dei, inquit Doctor, non ipsum Deus est bonum commune, non communiat, quia bonum ipsius sicut est bonum commune, non communiat aggregationis, sicut in Civitate, sed Communiatate emittentis contingunt, quod est iustum bonitatem suam condentis, omne autem aliud iustum est particulare secundum quod ordinatur, vel convenit divine bonitati: ergo hæc duo dominia in Deo non separantur, nec distinguuntur, alter dare bonum commune conditum à divina bonitate, quod est præferendum, sicut bonum publicum præfertur bono privato. Vnde non valet exemplum adductum ad ostendam præteriam in Deo horum dominium separationem de Principe præteriam in Deo horum dominium separationem de Principe præteriam, ne aliquis noctu vegetetur, sub quo comprehendit intelligitur servus titulo jurisdictionis, non proprietatis, cum tamen præceptum illud commune sit servo, ceterique subditis, utque præsumi potest Principem solo titulo jurisdictionis in præcipiendo uti: Ceterum si esset aliquid oppidum à solis servis Principis habitatum, & illi Communiatate Principis imponeret tale præceptum, potius præsumi deberet Principem utroque titulo uti, quam jurisdictionis tantum: ita autem habet Deus erga hunc mundum, qui ab hominibus servis, & ipsius Dei mancipiis incolitur, nec aliquis reperitur, qui solo titulo jurisdictionis sit obligatus, & non teneatur titulo proprietatis, à quo dominio, nec ulla creaturam potest Deus eximere, ut rectè dicitur P. Bellutus loc. citat. sicut ergo Dominus mittens mancipium ad laborandum in vineam, absolute censetur imperare, ut Dominus, ideo expressè non dicit se id imperare titulo dominii, unde si servus negligat, iniustus est in dominum: ita cum Deus verè sit dominus omnium actionum nostrarum, eo ipso quod à nobis illas petit, censendus est petere titulo dominii, et id non exprimat, & non tantum titulo Legislatoris.

85 Demum addo internum esse odium, quo Deus peccatum prosequitur, ut omnibus modis, & quocunque titulo sit iniustus, & in voluntarium, ergo asserere debemus quocunque titulo ab eo prohiberi, non solum jurisdictionis, sed etiam proprietatis. Neque satis percipio, quod inquit Gallus loc. citat,

valde indecens esse, Deum dominio proprietatis uti, & potestatem ad inferiora, dum aliquid à nobis exigit per præcepta, neque consensum esse divine dominationi: hæc potestatem uti. Non, inquam, satis percipio, quod modo hæc potestatem uti in Deo, sit indecens, & inferioris ordinis, quandoquidem, ut dixi, ab hac potestate proprietatis, tanquam à radice, procedit potestas divinæ jurisdictionis. Tam quia nos non dicimus Deum hæc sola potestatem uti, dum aliquid exigit à nobis, sed etiam potestatem jurisdictionis, & plane magis consentaneum videretur supremæ Dei dominationi utraque uti potestatem in præcipiendo, quam aliter tantum. Tum denique quia esse Principes utraque potestatem habentes, utantur præsertim potestatem jurisdictionis, ut conferat suorum actionum iniustitiam, alioquin aliter agentes viderentur tyrannidem potius exercere, quam principatum; Deus tamen his non eget modis, quia motum est omnia ipsius esse, dominiumque in cuncta habere; quare nec iniuriam alicui inferret, si proprietatis potestatem uteretur, nec ideo iniustitia eius male apud homines audiret, ut Gal. ipse concedit cap. 3.

Secundo principaliter probatur, nam servus ex iustitia debet obsequia Domino titulo dominii, & negans ea, servitium negat, ac consequenter peccat peccato iniustitiam, sed idem accidet in homine erga Deum; ergo Si Maior patet, probatur minor, quia omnia obsequia hominis secundum leges Dei, & consilia vocantur in Scriptura servitium, & in his dicitur homo servus: hinc Deus imponendo præcepta, & prohibendo transgressiones sæpe utitur illis verbis: Ego Dominus, & Deut. 6. Dominum Deum tuum adorabis. Q. illi soli servitus, ubi non solum Deus dicitur Dominus, sed etiam nos servi dicitur, nostraque opera servituti & servituti dicuntur: sic patet Lucæ 17. Cum fueritis omnia que præcepta sunt vobis dicite, servi inuiti sumus, plures etiam Christus in Evangelio nostro obsequia, non tantum debentur erga Deum explicat exemplo servi erga Dominum, servus autem teneatur ad obsequia Domini, tam titulo jurisdictionis, quam proprietatis. Sic etiam passim exipit Patres nostrum debent erga Deum, unde Cyrillus in Cæcena apud Divum Thomam explicans allata Scripturæ testimonia, inquit, Deus à nobis petit famularum iure servituti, & August. sermo. 3. de Verbis Domini, O magna bonitas Dei, cuius pro conditione debemus reddere obsequia, ut servi Domino, famuli Deo, subiecti patenti, mancipia Redemptori. Et pro quo plures alios Patres refert Suarez loc. cit.

Respondet Gallus concedendo obsequia, quæ à Domino præcipiuntur servo, esse sine ex potestate jurisdictionis, ordinari tamen ad usum dominii proprietatis, & sic servum non obtemperantem peccare contra utrumque ius; negat autem rem ita habere in homine, vel Angelo respectu Dei: ad probationem ex Scriptura, & Patribus, inquit, cum Lugo sermonem, ubi esse de servitute latè sumptis, pro quacunque subiectione, qualis est in omnibus subditis erga Principem, quo pacto se ipsos vocant illorum servos, non autem de servitute iustitiae, quæ correspondet dominio proprietatis. Sed hoc totum voluntarie dicitur, & directè refellitur ex testimonio Augustini adducto, ubi loquitur conceptis verbis, tam de subiectione subditi, erga Principem, quam de servitute famuli erga Dominum strictè sumpta, ut inter se distinetur, & in utroque sensu non vocat Deum servos, & nostra obsequia eius servitium, & planè in maiorem Dei gloriam cedit, quod eius servi dicamur in utroque sensu, ac nostra obsequia sub utroque titulo sint ei debita: Et quemadmodum Auctor iste concedit obsequia quæ à Domino præcipiuntur servo, esse sine ex potestate jurisdictionis, ordinari tamen ad usum dominii proprietatis, ideoque servum non obtemperantem contra ius utrumque peccare: ita pariter contendimus idem de nobis dicendum, ac nostris obsequiis erga Deum, quod esse immediate imponantur nobis ex potestate jurisdictionis, quantum movetur tantum moraliter per præcepta, per que voluntatem suam innotant, & aperiunt, præcepta autem huiusmodi non derivant immediate à dominio proprietatis, sed jurisdictionis, quæ est illi annexa, & continentur, in quam, hæc obsequia nobis præcepta ordinari ad usum dominii proprietatis, atque ideo quando non obtemperamus, non peccare contra utrumque ius: Quare cum inquit Auctor ille cap. 3. potestatem jurisdictionis in Deo, cum exerceat, & in usu ponit, non esse in subditum iuris proprietatis, nec ad illud ordinari; hoc omnino gratis ab eo asseritur, & sine ullo proliquo fundamento, ut constat ex dictis non est enim maior ratio, cur id concedi debeat de Domino honore, non autem increato, & supremo, præsertim cum id cedat in maiorem eius gloriam, ac supragnam dominationem.

Tertio ulterius probatur intentum, siue Deus à nobis exigit opera bona titulo jurisdictionis tantum, vel etiam titulo proprietatis, quia peccatum est inhonoratio Dei, siquidem opponitur oblatione, & reverentia Deo debite; ergo est contra iustitiam, assumptum patet ex Dr. Paulo ad Rom. 2.

per prævaricationem legis Deum inhonorat, consequentia probatur, quia ablato honore, & inhonoratio est actus iniustitiam strictè sumptæ, honor enim est bonum ad estimationem dignum, estque respectu alieni, ideoque quandoquequidam leditur invito domino, committitur iniustitia. Quod autem argumentum urgeat, siue Deus exigit à nobis opera bona titulo jurisdictionis tantum, siue etiam proprietatis, inde probatur, quia ut Principi fiat iniuria contra ejus honorem, non requiritur necessarium, quod ipse exigit potestatem aliquid à subdito ex dominio proprietatis, sed satis est, quod ipso non consentiente auferatur ei honor, quem possidet, per inhonoratorem; sed hoc modo se habet peccator per peccatum mortale auferendo à Deo honorem aliquid eius licentia; ergo peccat contra iustitiam.

Confirmatur demum, quia ut arguit Arriagus, est quod Deus non esset noster Dominus, sed esset ad alio pendens physice, & eo tamen ipso, quod finis sub jurisdictione illius, & ab eo ius, nec ab alio in iura afficitur, possumus peccare contra iustitiam eius præcepta transgrediendo, eumque iniuria afficiendo: acqui peccator, dum Deo mandati non obedit, talem iniuriam committit; ergo &c. Et hæc ratio etiam probat non solum aliqua peccata esse contra iustitiam, ut dicebant Auctores tertie sententiæ medie, sed omnia universalia, & sine ulla exceptione, plus, vel minus iuxta eorum gravitatem.

Respondet Gallus concedendo in omnibus peccatis inveniri aliquam inhonoratorem, & contemptum, sicut in transgressione legum humanarum videtur legislator contemni; & autem non vero inhonoratorem esse tantum contra iustitiam legalem, non vero contra utrumque, de qua hic est sermo; quia ratio inquit etiam Hurtadus, aliqua peccata committi posse absque iniuria proprie dicta in Deo, atque ideo addit rationem iniuriam in peccato, ut sic, involuntam non esse proprie iniuriam, sed impropre. Cardinalis tandem de Lugo inquit peccatum mortale dupliciter posse committi, vel ex fragilitate, vel ex contemptu, primo modo non habet rationem iniuriam strictè, quia non continent signum aliquod interni contemptus, vel vilis estimationis de Deo: secundo modo potest adhuc dupliciter evenire, vel cum interno contemptu, & in hoc sensu potest admitti habere rationem iniuriam proprie; sed cum solo externo contemptu, quo pacto quia re vera peccator intente honorificentissime fecit de Deo, est insufficientis, ad contrahendam iniuriam rationem.

89 Sed Contra, nam argumentum directè probat in peccato, ut sic, includi rationem iniuriam proprie dictæ, quæ est contra iustitiam, non tantum legalem, sed etiam proprie dictam à nam per peccatum auferatur honor Deo, & ipso invito leditur ius supremum, quod habet nobis imperandi obsequia ei debita, ut argumentum probat: ergo includit iniuriam proprie dictam in Deum, quæ tunc inferitur, quando res aliena auferatur, vel aliquid fit invito domino; sic autem fit peccatum invito Deo, cum ab ipso prohibetur: Et quidem valde mirum est, Hurtadum asserere peccatum non esse iniuriam in Deum proprie dictam, sed impropre, cum alibi ex ratione iniuriam gravitatem peccati deducat esse simpliciter iniustitiam; si enim improprie solum iniuria dicitur, facile, & rationabiliter dicat aliam improprie dici iniustitiam, quia proprie non habet ita, quibus inter homines dicitur iniuria crescere, cum ex utilitate personæ offendens, tum ex gravitate personæ, ac iniuria affectu. Nec tandem satisfacit, quod addat Cardinalis de Lugo, quia ut constat ex dictis lib. 2. dist. 5. de actibus humanis ad contrahendam malitiam non requiritur per se intentio, & volitio formalis, sed sufficit interpretativa, & virtualis, unde licet peccator peccando non habeat formalem, & expressam volitionem contemptus Dei, quia tamen censetur habere virtuale, implicat, ac interpretativam, eandem specie malitiam contemptum contrahit, perinde ac si expressam haberet eius volitionem.

91 Confirmatur hæc ratio, sicut enim in humanis ledens honorem alicuius tenetur ad restitutionem ex iustitia commutativa ratione damni illati, ac ratione offensæ, & iniuriæ tenetur adhuc ad sustinendam multam à Judice taxatam, & ad satisfactionem, nam Judex habet potestatem coercendi, & puniendi quodlibet delictum, quæ pariter in Deo, qui est supremus Iudex reperitur aliquando duplex ius, ut notat Bellutus loc. cit. unum spectans ad iustitiam commutativam, quando, scilicet, ex peccato blasphemiam relictum fuit damnum aliquod in divini honore, ut v. g. si quis dixisset Deum esse iniustum, & mendacem, idque aliis persuasisset, in tali enim casu, ut dicitur in conclusione nostra, Deus habet ius, ut restituatur ei honor ablatus; alterum vero ius peccatoris ad iustitiam, punitionem propter offensam illam, cui peccator debet satisfacere, vel eluctando eam contritionis, vel aliquid alium consilium in peccati peccati commissi; & hoc secundum ius ac-

quiri ex quolibet peccato universaliter loquendo; ergo in quolibet peccato reperitur ratio iniuriam, & offensa proprie dictæ, contra iustitiam strictè sumptam, ad quam pertinet iustitia punitionis, ut enim constat ex dictis dist. præced. num. 148. & seq. iustitia proprie dicta dividitur in commutativam, & distributivam, & rursum utraque in prævariativam, & punitionem.

Respondent contrarii contra Valquez, Deum per peccatum non nullum pari damnum, atque ideo nec iniustitiam, iustitia enim versari debet inter utile, & nocivum, ut Aristot. 5. Ethic. cap. 4. Sed contra, quia potest saltem in honore extrinseco Deus quocunque damnum pari eodem modo, quo homines; sicut ergo inter homines damnum illud est sufficienti sumum pro iniustitia, sic erit, & in Deo: sicut autem pacto dicit Aristot. est iniustitia, versari inter utile, & nocivum, iam declaravimus dist. præced. num. 198. quamvis ergo Deus per peccatum extrinseco ledi nequeat, sicut neque per bona opera acquirit Deus aliquod intrinsecum utile, & commodum, quod referatur ad eius conservatorem, vel accessionem perfectionis in seipso, quemadmodum accidit in humanis, adhuc tamen ledi potest quoad gloriam extrinsecam, quam ei exhibemus per debitam obedientiam, & supermi domini recognitionem, que in se est aliquid estimabile, & à Deo expectatur, ut magis explebitur infra in obediendum solutione, ac etiam sequenti ratione.

Quarto etiam probatur, quia ut ostendit Ovvedius cit. contra Valquez, potest dari iniustitia commutativa in affectu, quo quantum est ex se velle Deum interficere, si fieri posset, ita ut vi talis actus ei mortem inferret, si immortalis non esset; peccato in iniustitia contra Deum peccaret, & ratio est, quia talis actus malitiam haberet eundem rationem, quam habet, si re vera malum illud Deo inferretur; sed tunc actus absolute efficax haberet malitiam iniustitiam, erga Deum, ut de se patet; ergo etiam in casu actus ille, quantum est ex se efficax, licet inefficax ex parte effectus, ut potest repugnantiam involvencem, eandem iniustitiam malitiam habebit. Præterea potest etiam in effectu dari iniustitia commutativa hominis erga Deum, nam Deus verè dominium habet omnium rerum; ergo, & ius ad illas; ergo hoc præcisè, quod est facere contra ius istud, malitiam iniustitiam continet, si veres illa, ad quam ius ius habet, illi sit utilis, vel inutilis, & si verè Deus nocumentum patitur in privatione illius, siue non si universaliter autem, cum homo peccat, facit contra tale ius, quia ut turpissimum s actionibus, & aliis creaturis invito Domino. Deo, ut supraddictum est & ergo &c.

Respondet Valquez 1. part. dist. 81. num. 30. negando dari posse 94 in affectu iniustitiam commutativam hominis erga Deum, ad probationem ait talem actum internam, etiam si absolute esset efficax, non habiturum malitiam iniustitiam, quia si quis Patrem interficeret, aut contumelias afficeret, actus ille non haberet malitiam contra iustitiam, sed contra pietatem ex circumstantia personæ; id autem, quod respectu parentum est contra pietatem, respectu Dei est contra Religionem. Ovvedius autem loc. cit. licet concedat dari iniustitiam commutativam hominum erga Deum in affectu, negat tamen in effectu, quia ut talis iniustitia committatur in aliquem debet illi nocumentum inferri, Deo autem à creatura nullum potest nocumentum inferri; ad probationem vero in contrarium ait, eam dominii ablationem, seu possessionem, quæ tamen inappropriatissime talis dicitur, quia eodem modo subsunt imperio Dei, quæ sunt, & quæ non sunt, non fundare iniustitiam, quia Deo nullum asserit nocumentum. Sed responsio Valquez non satisfacit, quia circumstantia personæ patris, licet addat novam malitiam contra pietatem, non tamen destruit malitiam iniustitiam à hominibus propriam, & intrinsecam, sicut in homicidio Clerici circumstantia personæ sacræ, licet novam addat malitiam contra Religionem, adhuc tamen integram relinquit malitiam iniustitiam, & pariter in fornicatione coniugate circumstantia coniugii supponit malitiam in actu contra castitatem, & aliam addit contra iustitiam; ut dictum est lib. 2. dist. 5. de actibus humanis. Nec etiam pro alia parte responsio Ovvedii satisfactio, quia ut dictum est, potest saltem Deus in honore extrinseco à creatura nocumentum pati, & ita quod honor Dei apud alios est detractus, potest dici Deus apud illos moraliter, & in estimatione honorem non possidere; cum ergo Deus ius habeat in proprium honorem, si illo privetur, privetur, in quantum ius habet, atque ita iniustitia committitur contra Deum, & damnum patitur in honore extrinseco: sicut enim hoc sufficit inter homines ad iniustitiam fundandam, ita, & in Deo, imò magis, quanto maioris estimationis est honor Dei, quam honor creature.

Respondet rursus Ovvedius cum Valquez negando paritatem, 95 quamvis enim honor Dei sit maioris estimationis, quam honor creature, qui Deo honorem detraxit, nullum illi inferret nocumentum.

nocumentum, sicut infre creatura, quia honor extrinsecus Deo in creaturis existens illi necessarius non est. & sine hoc honore est summus felix; creatura vero milere, & absque necessitate tali honore, atque idem politice humane est summus necessarius, item ex ablatione honoris extrinseci caput homo diffamatur tristitiam, & dolorem, quia de causa miserie vivit, quod in Deo locum non habet; Sed hæc omnia sunt, quamvis enim Deus bonis nostris non indiget, & obsequia nostra non accipiat ad aliquam usum, qui referatur ad eius conservacionem, vel accitionem perfectionis intrinsecæ, neque ad hanc finem sunt illi necessaria, tamen esse possunt Deo ut iustitiam per ea exhibemus illi debitam obedientiam, & recognitionem eius supremi domini, & hoc sensu opera nostra esse Deo utilis docet Apostolus ipse 2. ad Timot. 2. ut dictum est *disp. præced. num. 298.* Nec illud de dolore, & tristitia aliquid negotii facessit, quia etiam homo de illata iniuria nullam percipere tristitiam, aut ullam sentire displicentiam, adhuc tamen iniustitia foret; unde etiam de arde defunctis iniustitia est, & tenemur ad retributionem, etiam si de tali detractioe nihil sentiant; ergo saltem ex hoc capite peccatum blphemæ est verè, & proprie iniustitia in Deum. Tunc quia peccata omnia universales loquendo apta sunt causare displicentiam in Deo, si ipse foret displicentia capax, & quod actu non causent, ex infinita eius oritur perfectione; hoc autem minime obstat, quin adhuc sit illi iniuria peccatum quod tristitiam in eo causaret, si esset capax. Tunc tandem, quia ex ea doctrina Valquez sequitur etiam, in nobis, erga Deum esse beneficium, neque gratitudinem, neque charitatem, ut urgebamur *disp. præced. num. 198.* quia hæc quoque omnia, ut in humanis reperuntur, recipiunt bona, & commoda amicorum.

Quid tandem probatur, peccatum universaliter ex quolibet peccato ex iustitia obligatum manere ad satisfaciendum Deo pro illata iniuria, quia iustitia obligat ad servandum unicuique ius suum, & si ius apud alium est ex nostra iniuria contractum, obligat nos ad satisfactionem; cum igitur ex dictis Deus ex peccato patrar habeatur in peccatum ad exigendum, quod peccatum, sequitur in homine obligationem remanere post peccatum ad compensandum per satisfactionem iniuriam in Deum ex iustitia. Nec valet, quod inquit Cardinalis de Lugo *sect. 8.* in peccatore remanere solum debitum quoddam passivum sustinendi poenam, non tamen obligationem aliquam ex iustitia ad exhibendam satisfactionem. Non, inquam, valet, quia sic dicendo, res deducitur ad licet de nomine, ut ait Bellunus, nam tale debitum passivum nos dicimus esse hanc ipsam obligationem, quia hoc non est debitum passivum, sed etiam activum, itur penitentia exerceat teneatur, ut minister iudicis divini autem iustitiam tamen contra Arrigam, quod nisi Deus exegisset satisfactionem in hac vita, & ordinasset, ea mediante, nobis peccata dimittere, sed vellet poenam æternam nos punire ob peccatum, non obligat ex iustitia ad satisfaciendum pro illis; ratio est, quia ut inquit Poncius *disp. 6. quest. 7.* satisfactio requiritur, ut extinguatur debitum incursum propter iniustitiam commissam, vel secundum totum, vel secundum partem; sed absque illa ordinatione, non obstat quancunque nostra satisfactio, peccatum non dimitteretur, nec secundum totum, nec secundum partem, & tantum poenæ subire deberemus propter ipsum post satisfaciendum quancunque nostram, quantum si nullam exhiberemus ergo nec iustitia, nec alia virtus potest obligare in eo casu ad satisfaciendum, que tunc omnino inutilis esset.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Solvuntur Obiectiones.

In oppositum Primum obijciunt, quod Deus per peccatum nullam patitur damnum, sicut neque est contra laudibus nostris, sic beator, & perfectior, ergo per peccatum non fit ei iniuria, & iniustitia; assumptum constat ex illo Job. 22. quid prodest Deo, si visus fuerit, aut quid ei confert, si fuerit immaculatus in conspectu eius, quia illa solum verum ius in alium acquirere potest iustitia, cuius ab alio quodam damnum fieri potest. Responso patet ex dictis supra deducendo tertiam, & quartam rationem, per peccatum non ledi intrinsecè Deum, sicut neque per bona opera nostra acquiri aliquid intrinsecum utilis, & commodum, quo sensu loquitur Job *loc. cit.* hoc tamen non obstat, quin dicitur ledi in bonis extrinsecis, ut existimamus gloriam, & honorem, que maxime existimabilia sunt, & appetibilia, itur dicit Deus *gloriam meam nemini dabo, & Paulus in hoc sensu appellat hominem iustum esse in honorem iustitiam, & nihil domino 2. ad Timot. 2.* Quare si quis hanc gloriam, & existimationem ei auferat, Deum in his bonis extrinsecis

damificare censetur, & da illi adversus seipsum ius ad exigendum huius damni reparationem.

Hanc solutionem impugnat Gallus *loc. cit.* vel enim damnum quo Deo inferitur in bonis extrinsecis, quia bona hæc sunt ipsi Deo connexa, si igitur sunt connexa, quod sunt debita, ut ab ipso Deo exacta, primum dei non potest; quia ante mundi creationem non erat in bonis Dei hæc gloria; si exacta est a Deo, adhuc quaerit, vel est exacta domo proprietatis, vel potestate legislativa; non primum, ut inferius probat; si secundum, ergo gloria illa non est ex iustitia debita, sed ex obedientia.

Confirmatur, nam gloria duobus modis potest Deo auferri, vel omnivè, vel commivè; in omissione hoc primum concurrit, quod antequam gloria illa reddatur, non computatur inter Dei bona; ergo non inferitur læsio, cum non privetur aliqua, quod in ejus iam extiterit dominio; commivè autem gloria Dei perferri ledetur per convitia, & blasphemias; at neque hoc dicitur potest, quod enim per huiusmodi offensas homini factas fiat ei iniuria, & damnum inferatur in bonis extrinsecis, est quia hæc bona alicuius sunt assertionis, & tota existimatione provenit, quia in illis oppressus impeditur multoties consecutio dignitatum, & honorum, si autem convicia, iniurie, & detractiones contra aliquem facte non deiecerunt eum a bona opinione, & estimatione, non ledetur eum aliquo modo; Porro quantumvis aliquis convititur Deo, non propter eam in hominum bene sententium opinione defuit esse Deus, omnipotens, infinitus &c. ergo nec per hæc Deus in suis bonis extrinsecis leditur.

Respondo per peccatum ledi Deum in bonis extrinsecis, quia sunt ei debita, ut ab eo exacta tam dominio proprietatis, quam jurisdictionis, ut constat ex deductione primæ, & secundæ rationis pro nostra assertione, & quando etiam essent a Deo exacta solo iustitiam domino, adhuc gloria ex eis ipsis refulcens esset ei debita, non tantum ex obedientia, sed etiam ex iustitia, ut constat ex deductione tertie rationis, quia adhuc manere homo obligatus ratione iniurie ex iustitia ad satisfaciendum, & Deus adhuc haberet ius in homine peccatam pertinens ad iustitiam punivim propter offensam illam, cui peccator satisfacere debet, ut ibi explicatum est.

Ad Confirmatam, ubi ego in omissionem non auferri gloriam Deo debent, omnino ipso, quod licet, vel illum ad eum præcipit, si hinc omnino urgente præcepto, censur privati bonum, quod erat in eius dominio, ex potestate iurisdictionis; Negatur pariter per convitia, & blasphemias Deum non dari damnum in bonis extrinsecis; nam si ex blasphemia, quæ dicit Deum esse iniustum, vel mendacem, & alii audientes crederent, ac propterea non honorant ipsum, sicut aliis fecerunt, iam constat Deum dari damnum in divino honore, si quis scilicet homo, dum ex detractione ab aliis creditur a consecutio alienius dignitatis, & gradus, quem alias obinisset; unde in tali casu tenetur ex iustitia commutativa ad retributionem famæ, & reparationem damni illati, quod si mea blasphemiam non creditur, nec Deum dei est recta opinio, quam de ipso habet homo cordatus, licet ex iustitia non teneatur ad retributionem al cuius damni illati, quia ex meo peccato non fuit relicta infamia in divino honore apud audientes; adhuc tamen maneo obligatus ratione iniurie illate ex iustitia ad satisfaciendum sicut quando ex mea detractione honor Petri læsus non manet, quia nemo creditur meam detractionem, licet non teneatur ex iustitia commutativa ad famæ retributionem, adhuc tamen ratione offensæ, & iniurie Petri illate tenetur ex iustitia punitiva ad satisfactionem partis offensæ, & ad sustinendam multam a iustitia impostam.

Secundo arguitur peccatum non fit invito Deo: ergo per peccatum non fit ei iniuria proprie dicta, que esse nequit nisi quando fit aliquo invito Domino; probatur assumptum, quia peccata sunt Deo facta, & volente, & potestate incedere, sed non impediunt, cum fit omnivè, ac omnipotens, itur nihil fieri possit contra eius voluntatem, ergo non sunt ipso invito; consequentia vero prima patet, quia scienti, & volenti nulla fit iniuria ex communi axiomate. Confirmatur, quia quando Dominus permittit aliquid quod ius ipsius, quem aliqui impediunt, non fit iniuria ipsi; ergo cum Deus permittat creaturæ uti bonis ipsius, talis usus non erit ei iniuriolos.

Respondo eodem argumento probari posse, nos cum peccamus non esse Deo inobedientes, quia non faceremus contra Dei voluntatem, & aliqui facile poruissent efficere, nec precepta negligenter, aut peccata re vera sunt Deo involuntaria, quia Deus revera peccatum odit, & volitionem habet eius prohibivim, & dam peccatum, re vera Deo resistimus, & contra eius voluntatem facimus; & quantum est ex auxiliis essentibus sufficientissima & necessaria, ne perpetraretur, & licet

ea absolvi non impediat, ut re vera impedire possit, ne nostram impediat libertatem, adhuc tamen ea non dicitur absolvi velle, nec ad ea concurrere possit, sed tantum permittit, ut constat ex tractatu de peccatis; constat autem solum permissionem non facere voluntariam actionem; Sic Dominus prohibere, ne quis re sua ureretur, si quis ea uratur, scilicet censetur uti ipso invito, ac ei iniuriam facere, etiam si, ut viribus fortior, postea talem ulum impidire; tunc autem ex permissione deduci potest non fieri aliquid invito domino, quando nullo modo significavit voluntatem suam esse, ne quis re sua uratur; sed quando talem voluntatem suam insinuat, sicut facit Deus, planè deduci nequit ex simplicis permissione, quod consentiat, etiam si non impediat, quia ex aliis capitibus iustissima potest habere motiva, ut non impediat actionem, que tamen ei displicet & eius opponitur dominio; per quod etiam patet ad Confirmationem. Dices, qui patitur iniuriam impeditur, quo ad usum proprii iuris, sed Deus ab homine impeditur nequit quo ad usum creaturarum, aliter non esset perfectissimus Dominus. Respondo, quod licet nequeat Deus ab hoc ulu simpliciter, & absolvi impediri, potest tamen impeditur aliquo modo ex suppositione, quod nossem vellet conservare libertatem; nec adhuc hæc facta suppositione sequitur non esse perfectissimum dominum, siquidem hoc ipsum impedimentum provenit ex nostri domini conservatione, que etiam quidam usus est divini domini.

Tertio urgent, si homo peccando posset ius Dei offendere, & illi contra se iustitiam obligationem tribuere, sequeretur in quolibet peccato duplicem repetiri malitiam, unam proportionatam materie, circa quam peccatur, alteram contra ius Dei; at hoc est falsum, quia nulla talis malitia in confessione exprimitur. Respondo cum Suarez gratis concedendo in omni peccato duplicem esse malitiam, unam contra virtutem in particularem, ad quam peccatur materia in qua peccatur, al teram contra obedientiam Deo, ut legislatori debitam, quod præcipit universaliter loquendo in singulis peccatis repetitur malitia contra ius Dei, que non est necessariò in confessione exprimens, quia peccato manifestato satis intelligitur. Ad replicam Gallus ex hoc, quod dicitur adeste in quolibet peccato malitiam contra Deum legislatorem, aperte deduci, omne peccatum idè Deum offendere, non quia ius aliquo ipsius lædat, sed quia contra eius præceptum committitur; unde contra Deum est tantum malitia, ut contra obed etiam illi debitam.

Respondo negando consequentiam, ex eo enim quod in quolibet peccato reperitur malitia contra obedientiam Deo debitam, ut legislatori, sequitur etiam quod fit contra honorem Dei, si quidem opponitur obervantia, & reverentia Deo debite, ut supremo legislatori, unde consequenter includit quoque malitiam contra iustitiam, ut supra deductum est in tertia ratione; Tunc quia facta probabile est Deum à nobis opera bona, & obsequia exigere non tantum titulo iurisdictionis, sed etiam proprietatis, quia est Dominus simul, & legislator noster, ut in prima, & secunda ratione deductum est.

Quarto urgent, quis si peccata essent contra iustitiam, teneatur pro eis itatim satisfacere, quod falsum esse sequela patet, quia iustitia obligat quamprimum ad reparandum damnum, unde post factum statim fur est ad retributionem obligatus, quia committit in iustitiam; falsitas etiam patet, quia non tenemur post peccatum statim ad satisfaciendum, ut communis opinio docet tractat de peccato ergo non est obligatio ex iustitia. Respondo contra communiter negando sequela, sic enim etiam dicere solent in aliis casibus, in quibus peccatur contra iustitiam, & tamen non tenemur statim ad satisfaciendum; tunc enim solum ex iustitia obligatur, cum statim possimus, quando ex nostra actione ultra rationem offensæ relinquimus damnum aliud in proximo, ut patet in retributione famæ, vel pecunie; quando autem non ad tale damnum, sed solum ratio offensæ, & iniurie, non ad tale talis obligatio, unde sic ex mea detractione honor Petri non manit læsus, quia adhuc non creditur, non obligor ex iustitia ad retributionem famæ, sed eandem ad satisfactionem ratione iniurie, neque ad id statim tenor. Ratio autem est, quia quando perinde est Domino, quod satisfactio fiat statim, aut postea, non tenetur quis statim eam exhibere, nisi ipse eam statim exigit; quando autem iniuria consistit tantum in ulu rei contra voluntatem Domini, & nullum aliud præterea incurrat damnum, perinde est, quod satisfactio fiat statim, vel postea, & idè nullum est debitum statim eam exhibendi, sic igitur in proposito de Deo dicendum est, quod si per meum peccatum ultra rationem offensæ læsi eius honorem apud alios, quia suavi illam iniustitiam esse, aut mendacem, statim tenor malam illam opinionem auferre contrarium persuadendo; in aliis casibus, ubi Deo nullam relictum est damnum præter præcedentem ulum rei contra voluntatem Domini, ut regulariter in aliis contingit peccatis, dicimus ne-

minem teneri statim ad satisfaciendum, quia nullum existit actu damnum, quod eam peccat acceleracionem, ita Arrigam, Poncius, Bellutus, Hurrad, Suarez, & alii passim.

Sed contra hanc communem responsonem instat Cardin. de Lugo, non maius nocumentum accipit Deus ex ablatione honoris, quam ex dilatione satisfactiois, utraque enim dicit privacionem gloriæ extrinsecæ, & dilatio ipsa satisfactiois non est, nisi prioris nocumentum ex ablatione continvacione ergo si ablatio est iniusta, etiam dilatio satisfactiois, ergo vel statim obligabitur homo ad satisfaciendum, vel ablatio non fuit iniustitia ritè sumpta. Negatur ultima consequentia admisso antecedente cum prima, cum enim ex simplici peccato nullum aliud securum fuerit damnum in bonis Dei ultra rationem iniurie, & præter contraitonem voluntatis eius; hinc oritur sola obligatio ex iustitia punitiva ad reddendam satisfactionem, non autem ex iustitia commutativa ad retributionem, vel alterius damni compensationem; & idè ea obligatio non est ad statim satisfaciendum; hoc enim inter eas iniustitias versatur discrimen, quod obligatio ex iustitia commutativa statim inducitur, non verò obligatio ex iustitia punitiva.

Quinto ulterius arguit idem Cardinalis de Lugo non possimus Deo reddere æquivalentem pro illata iniuria, ergo nulla obligatio remanet ex iustitia propter peccatum, consequentia patet, quia non datur obligatio ad impossibile; probatur assumptum, quia ex nobis non possimus condigne satisfacere. Confirmatur, quia si post peccatum teneatur peccator ex iustitia, vel esset obligatus ad reddendum idem numero, quod ablatum, vel æquivalentem; primum est impossibile, alterum verò tunc tantum contingit, quando creditor ex illata iniuria minus habet in bonis, quam prius, nec potest ex se æquivalentem recuperare; unde si Petrus curam habet torus substantiæ Pauli, à quo damnum accepit securum mille, que propter peccatum potest faciliter recuperare, si negl. gis, non teneat Paulus ad retributionem, quia talis negligentia videtur tacitus quod consentiens cedendi proprio iuris sed potest Deus faciliter recuperare gloriam extrinsecam, quam per peccatum amissit, movendo meam voluntatem per efficaciam auxilia ad adeo contritionis, & penitentis; ergo ex iustitia non tenetur peccator ad satisfaciendum, & damni reparationem.

Respondo, quod licet non possimus ex nobis, & solis viribus nostris satisfacere, & reddere Deo æquivalentem, possimus tamen supplicari divina gratia, & auxiliis supernaturalibus unde facta hæc suppositione, Deus habebit ius in ratione peccatoris, & quare sequitur solum nostram satisfaciendum non esse exigorosa iustitia, quia supponitur gratiam creditoris, quod ulcè concedendum est. Ad Confirmationem pariter negatur, nos non posse Deo reddere æquivalentem, supposita divina gratia, & supernaturalibus auxiliis; ad impugnationem dico hæc obligacionem in nobis oriri non tantum ex collatione auxilii efficacis, sed etiam sufficientis, unde potest Deus à nobis satisfaciendum exigere supposito sola collatione auxilii sufficientis; Neque exemplum adductum est ad rem, ut notat Pater Bellutus, quia quod recompensatio in exemplo allato facta non fuerit, provenit totaliter ex Petri negligentia, at quod satisfactio pro penitentiam non fiat, non provenit ex Dei negligentia, quia dat sufficientissima auxilia, sed ex obstinatione peccatoris; tunc quia neque quod in exemplo assumitur est omnino verum, quia nullus creditor, nisi in casu necessitatis, propria auctoritate debet accipere, quod sibi debetur; Tunc tandem qui si argomentum videretur, probaret etiam me non peccare contra iustitiam ob elatione opus præceptum, etiam quando exigebatur ex domino proprietatis, nam tunc poterat Deus facile illud opus à me obtinere movendo meam voluntatem efficaciter ad illud, quam instat ante licet elidere aiatur Lugo n. 60 non tamen iustificenter evitat, ut legenti patebit.

Sexto arguit Gallus, & ait esse præcipuum oppositè sententia fundamentum, ius, cuius læsio peccatum iniustitiam constituit, tale esse debet, ut non solo affectu, sed etiam in re lædi possit, at ius Dei circa omnia creata, præsertim opera nostra, tale est, ut à nobis lædi nequeat, ergo &c. Maior patet, probatur minor, quia nostra voluntas, cuiusque actus magis sunt in potestate Dei, quam nostra, nam nos impediri non possimus; quia uratur voluntate nostra, & eius actibus pro libito, siquidem potest eam efficaciter movere ad quemcumque actum, & si productus fuerit, illum destruire, ergo ius divinum non potest esse obiectum nostre iustitiae, cum semper maneat Deo exacta facultas ad nostra opera ponenda, vel tollenda, sicut neque Angelus potest habere virtutem castitatis, quia in ipso non potest esse motus, nec obiectum incontinentis. Respondo tamen facile ex dictis artic. precedentem, ut enim constat ex dictis artic. didicimus, quaram deducendo rationem, non tantum in affectu potest à nobis ius Dei lædi, sed etiam in effectu, ad eius veto proba-

rationem satis constat ex dictis. non in solutione secunde objectionis, quomodo non deroget perfectissimo Deo domino, quod possit a nobis impediti, ne obtineat id, quod habet ius, ex suppositione, quod nostrum velit conservare libertatem; quod adhuc fatus, prosequitur. Cardinalis de Lugo disp. 3. de iust. i. 3. num. 68. ubi offendit id minime repugnare perfectissimo Deo domino, quod habet in creaturas, nec morali, nec physico.

106 Scipio arguit, quia ad contrahendam malitiam proprie iniuriz debet hic circumstantia cognosci: peccatore, nulla enim circumstantia objectiva refendit malitiam in actum, nisi cognoscatur, ut supponitur ex tract. de bonitate, & malitia actuum humanorum; sed hec circumstantia a periculis ignoratur, ab aliis multis probabiliter negatur: cum quibus possunt alii se practice conformare ergo in illis saltem peccata non habebunt malitiam contra iustitiam. Respondetur concedendo in illis casibus de ignorantia invincibili, vel conscientia probabili, non contrahi malitiam iniuriz: hoc tamen est per accidens, sicut ignorans in vincibiliter malitiam homicidii, occidendo, talem malitiam non contrahit per accidens: hic verò agimus de his, qui per se peccato conveniunt, & dicimus omne peccatum per se esse iniustum in Deum, licet per accidens oppositum coningere possit.

107 Poltremo inثار Gallus, bona opera esse nobis à Deo precepta, & mala prohibita solo titulo iurisdictionis, non vero proprietatis, atque ideo non consisti in eis malitiam iniuriz proprie dicitur, sed tantum iniuriz legis, ac inobedientia; hoc autem inde probat, quia tale est dominium proprietatis, ut usus eius non relinquatur potestati in subditis ad resistendum, qua ratione tale dominium dicitur verè, ac proprie dispositum: ergo cum Deus utatur auxiliis ordinariis volumetatem creatam movendo, & per precepta, quod desiderat explicando, quibus creatura voluntas resistere potest, iam non utitur dominio proprietatis, & dispo. iei, sed iurisdictionis politico, & civili. Respondens laus con late in primis ex dictis. num. 88. deducendo tertiam rationem, quod etiam si Deus nobis bona precepit, & mala prohiberet solo titulo iurisdictionis, non vero proprietatis, hoc ipsam sufficeret, ut peccatum dicitur iniustum, etiam proprie dicta in Deum, quatenus adhuc esset in honorario dicitur iniustitia: Deinde, cum dominium iurisdictionis dicitur politicum, proprietatis verò dispositum, quicquid non appellatur talis ca ratione, ut usus eius non cunctis potestatem in subditos ad resistendum, quia ut etiam Gallus ipse concedit. cap. 3. ab initio, in agentibus libere verè, & proprie hoc dicitur cum dominium non possit resistere, praesertim verò in actibus eorum liberis: imò accipiendo dominium dispositum in hoc sensu, hic titulus magis competit dominio iurisdictionis, quam proprietatis, nam iudex habet potestatem coercitivam, & compellivam in servum, vel operarium, quam non habet Dominus eius, unde Dominus vinee habet ius, vel dominium proprietatis in operarium, & in eius operas, non tamen potest precepere, aut compellere ipsum, sed operario non laborante debet ad iudicem recurrere, ut aeras sua iurisdictione compellat operarium ad debitam operam reddendam: potest ergo dominium proprietatis dicitur dispositum, quia ordinatur ad imperandum ea, quae sunt in domini utilitatem, sicut & contra dominum iurisdictionis dicitur politicum, & civile, quia non ordinatur in bonum domini proprium, & privatum, sed in bonum publicum, & utilitatem subditorum: Et quia in Deo non separatur bonum commune, & publicum a privato, ideo neque haec duo dominia in ipso separantur: quare eo ipso, quod aliquod nobis imperat domino iurisdictionis, censetur etiam debet imperare domino proprietatis, ut dicitur etiam 8. Vide Arriaganzon 6 de iust. disp. 11. sect. 3. & 4. ubi rursus tracta. hanc difficultatem.

QUESTIO TERTIA.

An Christus satisfecerit de condigno ratione valoris, ac dignitatis suorum operum, vel acceptationis divinae.

108 In actionibus Christi tria spectari possunt, ut hic omnes adinvicem, valor, meritum, & satisfactio: haec satisfactio proprie loquendo dicitur, qua meritum dicitur ordinem ad meritum, satisfactio iniuriam compensandam: illud respicit commodum eius, qui meretur hoc verò honorem, & reparationem in eis, cuius fit & offertur: valor verò est in utroque, & ferè coincidit: Imò non solum dicitur satisfactio, quae nullam includat meriti rationem, sed fit pura satisfactio, & ea est, quae per se ipsam formaliter debetur mortis, ut in homicidio, qui ratione hominis cedit incurrere debetur mortis, re ipsa mortem sustinet; vel Petrus, qui ratione furis debet Paulo rem ablata restituere, re ipsa restituit, haec enim restit-

tutio dicitur pura satisfactio nullam includens meriti rationem. Quando verò satisfactio per se ipsam formaliter debetur non extinguit, sed meretur, vel imperat aliquid per quod extinguitur debetur, tunc non dicitur pura satisfactio, sed includit meriti rationem: & talis est satisfactio Christi, & Christus enim per suam satisfactioem nobis gratiam sanctificandam meruit, per quam formaliter peccatum extinguitur: unde sequitur actiones Christi simul fuisse meritorias, & satisfactorias respectu nostri; meritorias quidem, quia per illam meruit nobis gratiam sanctificantem; satisfactorias verò, quia mediante gratia sanctificante extinguit peccata nostra.

Verum satisfactio est duplex alia perfecta, & alia imperfecta, prima est illa, per quam adaequare, & aequivalenter, & condigne compensatur illa iniuria, quomodomodum si quis debens centum, solveret eorum, imperfecta verò est illa, quae ex se non est adaequata, & condigne debito, sed est insufficientis, & minor illo: acceptatur tamen, ut sufficiens a creditore, ut si debens centum solvat decem, nique creditor contentus reddatur. Queritur ergo in proposito, cum omnes farentur Christum pro peccatis nostris satisfecisse de condigno, ac ad aequalitatem, an satisfecerit de condigno ratione valoris, ac dignitatis suorum operum, vel potius ratione acceptationis divinae. Et quidem prima opinio extrema, quae Nominibus tribui solet, & Scotis, affirmat satisfecisse de condigno, non ratione valoris, ac dignitatis operum, sed ratione tantum divinae acceptationis ex quadam congruitate divini suppositi, pro qua citatur Scotus 3. disp. 19. quest. 1. 5. in ista questione. Secunda opinio extrema contendit Christum de condigno, & ad aequalitatem satisfecisse ratione donatae valoris, ac dignitatis suorum operum, contendit quoniam referre, nec requirit ad hanc rem, divinam acceptationem, sed operationes Christi per se praesertim ratione valoris, ac dignitatis intrinsecae habuisse eorum, ac perfectam rationem meriti, & satisfactioem condigne: ita Valquez hic disp. 5. impugnavit acriter, quia aliquo modo divinam acceptationem ad hoc ex postulat, cum quibusdam minoribus; Alii verò est divinam acceptationem ad hoc requirunt, addunt nihilominus non potuisse Deum non acceptare satisfactionem Christi ob eum, & super eadem eum valorem, ut Valentia, Soto, Curiel, Cabrera, Loica, & alii nonnulli.

Tertio tandem, & communior sententia est media, asserens satisfactionem Christi per se, five ex natura rei, ac independentem à divina acceptatione, fuisse condignam in actu primo, habuisseque valorem in ratiocum equalis peccatis omnium humanum; ut autem foret in actu secundo condigna, & Deum sibi obligaret, opus habuit Dei ordinatione determinante talem, & tantum ipsius effectum, & voluntate Dei absoluta, ac determinata conferendi illum; itaquequod in satisfactione Christi si fecerimus obligationem etiam ex parte Dei ad remittendum offensam, haec obligatio oritur non potest ex quoquoque valore, ac dignitate operum Christi, sed solum ex libera promissione, & acceptatione divina: ita Cajet Medina, Suarez, Ragala, Puccanus, Becanus, Bonacina, Lugo, Aversa, Harriadius, Amicus, Arriaga, Calpenfis, Orlandus, Baldius, Moranus, & alii Recensorum passim, quae quidem sunt vera, ac germana sententia Alesius, D. Thomae, D. Bonaventurae, Scoti, & aliorum veterum sacrae Theologiae Procerum, ut ex mox dicendis constabit.

ARTICVLVS PRIMVS.

Resolutio Quaestionis.

111 Huius questionis resolutio pendet ex dictis. disp. praecedent. 110. quest. 8. de inhaurate meriti Christi art. 1. a num. 278. ubi quemadmodum diximus fallum omnino esse, meritum Christi habuisse valorem, & condignitatem ex sola extrinseca acceptatione divina in Scoti sententia, quia fallum est apud Scotum divinam acceptationem, & promissionem esse totale meriti constitutum, quicquid nonnulli dixerint Scotiae: ita pariter in proposito asserimus fallum esse Christum ex condigno satisfecisse pro peccatis nostris, ratione solius divinae acceptationis extrinsecae, non autem ratione valoris, ac dignitatis suorum operum: oppositum namque expressè docuit Doctor loc. cit. 3. disp. 19. quest. 1. B. ubi loquens de merito Christi, & satisfactioem, inquit, quod si illud meritum fuisse alterius personae, nempe creatae; tunc nec ratione operis, nec ratione operantis fuisse congruas acceptationes illius pro infinitis; quibus verbis agnovit Doctor in operibus Christi valorem, & dignitatem non solum condignam, & equalem, sed & superexcedentem ad satisfaciendum pro omnibus peccatis, idque ab intrinseco ex parte Christi operantis, ac praesertim ab extrinseco Dei acceptatione ob circumstantiam divini suppositi.

Nec refert, quod talem condignitatem ex circumstantia divini suppositi in operibus Christi resultantem appelleret ibi Doctor congruitatem (quod unicum verbum nonnullis deceptis Scotistas) & postea ad condignitatem, divina accedente acceptatione, nam iuxta phrasim sibi consecutam accepit condignitatem, prout idem importat, quod debetur, in quo etiam sensu hanc vocem equidignum accepit 1. disp. 17. q. 2. L. prout idem importat quod debetur in vulgari modo loquendi, quo pacto utriusque verum est aequum meritorium condignitatem, sumere ex actuali acceptatione, & promissione divina, quatenus ex vi illius tantum inducitur debetur, & obligatio ex parte premiantis; accipiendo tamen condignitatem pro valore, & sufficienti proportione ad premium, & ad satisfaciendum Deo pro peccatis nostris, quo pacto hic de condignitate loquimur, & valore satisfactioem Christi, nequaquam eam negavit in operibus Christi antecedenter ad divinam acceptationem, & promissionem, imò eam discretè docuit, & agnovit, & intantum eam appellavit congruitatem, inquantum excludit condignitatem, debetur, & obligationem inducentem iuxta phrasim, quam usurpaverat 1. disp. 17. q. 2. quemadmodum iam adnotavimus, disp. praed. de Merito q. 4. art. 1. num. 91. Quare ut superius dixi in illa disp. q. 8. art. 1. a num. 278. immerito Scot. citatur à Recensoribus pro prima sententia, cum expressè tertiam docuerit, ut ibi advertimus, & ideo Hurtadus maturius Scoti principia contemplantur, quam ceteri Recensorum 3. par. disp. 11. sect. 1. 5. & disp. 63. sect. 4. 5. 47. inquit falsè de adscribi opinionem negantem operibus Christi, antecedenter ad divinam acceptationem dignitatem ad premium, & aequalitatem ad satisfaciendum pro peccatis; Scotus enim (inquit) universalem loquendo de merito, non constituit quodlibet opus acceptabile, sed illud praesertim, quod oritur efficienter ab habitu gratiae, atque ideo admittit in operibus aptitudinem ad acceptationem, quam huius appellamus condignitatem, nec hanc requirit, nisi ad inducendum debetur in Deo; Imò inquit nec Durandum, nec Nominales unquam negasse operibus vim aestimabilem ad imperandam praemia, sed vim ea necessariò imperantem abque voluntatem Dei, & pacto.

113 D'cendum est itaque consequenter ad dicta de merito Christi disp. praeced. q. 8. operationes Christi habuisse valorem, ac dignitatem non solum condignam, & equalem, sed & superexcedentem ad satisfaciendum Deo pro omnibus peccatis, idque ab intrinseco ex parte Christi operantis, ac praesertim ab extrinseco acceptatione divina; Quod si in satisfactioem Christi spectemus obligationem etiam ex parte Dei ad remittendum offensam, planè haec obligatio oritur non potest ex quoquoque valore, & dignitate operum Christi fed solum ex libera promissione, & acceptatione divina. Hec conclusio communis est Auditorum tertiae sententiae mediae, consonatque doctrinae à nobis de mente Scoti tradite, tàm de merito in communi disp. praeced. q. 4. tàm de merito Christi in eadem disp. quest. 8. & probatur quoad omnes, & singulas partes.

114 Primo itaque quod Christi satisfactio pro nostris peccatis fuerit perfecta, exacta, imò, & superabundans, probatur ex pluribus Scripturae locis, in quibus dicitur meritum, & satisfactio Christi non solum equalis demeritum nostrum, verum etiam absolute superasse, ita plin. 119. capitula apud eum redemptionis 1. Corinth. 6. empti estis pretio magno, & Rom. 5. non sicut de libito, ita & donum, quibus, & sicut libus verbis, scipius in Scriptura usurpat non tantum aequalitatem, sed etiam excessum satisfactioem expressè ostendit. Nec valet dicere, hanc & similia loca intelligi debere divina acceptatione, supposita: Nam dici non possit copiosa Christi redemptio, si non esset equalis; neque sufficiens in se ipsa ex circumstantia operantis; nec bene diceretur empti pretio magno si opera Christi in se non eum valorem habuisset, sed ex sola Dei acceptatione, nam quilibet verus in se merito possit hoc modo dici pretium magnum & iuxta hanc responsionem dici possit pretio magno equos solo obulo emptus, quia nempe vendens tale pretium accepit pro condigno, & superabundans, ut arguimus de merito Christi disp. praeced. q. 8. num. 279. & seq. Confirmatur, quia Apostolus ad Hebr. 7. inquit antiquos Sacerdotes non potuisse Deum placare, & homines salutare, idem Christum perfecisse, & cap. 10. inquit antiquis sacrificiis non potuisse nostra expiari peccata, sed bene per sacrificium à Christo oblatum impossibile enim est, inquit, sanguine taurorum, & hircorum aspergere peccata, ideo ingrediens mundum dicit Iosaphat, & oblationem nonnulli, corpus autem aspergimus, quibus verbis expressè significavit opera Christi habuisse valorem, ac dignitatem aequalem, & abundanter ad satisfaciendum pro peccatis antecedenter ad divinam acceptationem unione carnis eius ad Verbum, loquimur si talem habuissent valorem ex divina acceptatione, etiam antiqua sacrificia, & aliorum hominum operum potuissent hoc modo satisfacere; & per effusionem sanguinis hirci, vel vituli à quoquoque homine oblati ita bene potuissent hominibus liberari, & aequè perfecte sicut per

sanguinem Christi, quia poterat Deus talem satisfactionem aequaliter acceptare. Secundo hoc idem probatur testimonio Patrum, & Pontificum, nam Clemens VI. in extravaganti unigenitus de penitentia, & remissionem unam guttam sanguinis Christi propter unionem ad Verbum sufficere pro totius humani generis redemptione; quibus verbis patet Pontificem eam sufficientiam, & condignitatem tribuere unioni, & dignitati ab ea unione provenientem, non autem soli voluntati, ac promissioni divinae, quam auctoritatem iam ponderavimus disp. praeced. q. 8. art. 1. dùm contra Scotum ab Arriaga urgetur. Deinde Chryl. 10. 4. lib. 8. explicans illud Pauli ad Hebr. c. 5. ex auditu est pro sua reverentia, inquit, ex auditu est, & vult ostendere, ejus esse magis effectum, quam gratiae, id est, acceptationis gratuita Dei, quibus verbis significat valorem orationum, & operationum Christi, ut exaudirentur, tibi debere non acceptationi Dei, sed ipsius Christi reverentiae, non quidem active, qua, scilicet, ipse, ut homo Patrem reverebatur, sed reverentiae passive, quae illi debebatur ratione suae personalis dignitatis intrinsecae; atque ideo ante exauditionem, & acceptationem divinam fuisse in Christi operibus propter dignitatem personae valoris intrinsecum; tanta enim erat eius reverentia, subdit Chryl. 10. 5. ut etiam propterea non reverebatur Deus; quibus adhuc verbis praeterea significat hunc valorem, & meritum non esse de congruo tantum, ut dicitur nonnulli Scotiae, sed etiam de condigno, ut patet ex ultimis verbis memoratis, nam negat remissionem peccatorum propter Christi merita esse effectum gratiae Dei, sed acceptationis eius gratuita, sed potius operum Christi, concessamque fuisse à Deo, quia Deus ipsum Christum fit reverentissus si in operibus Christi esset solum quaedam congruitas, tunc esset effectus gratiae Dei, sed acceptationis eius gratuita, quam etiam auctoritatem ad hoc idem ponderavimus disp. praed. q. 8. art. 4. n. 224.

Tertio hoc etiam probatur ratione, veluti à priori; sicut enim opera bona hominis iusti redduntur meritoria de condigno vitae aeternae ex dignitate gratiae sanctificantis in tali homine, quae alioquin condigna non essent ad gloriam sine gratiae confortio, ut patet ex dictis disp. praeced. de merito de condigno, & expressè tradit Doctor 1. disp. 16. q. 1. in corpore, & apud 17. in fine, ubi non constituit quodlibet opus bonum acceptabile ad premium supernaturale, sed illud praesertim, quod oritur ex inclinatione habitualis gratiae; inquam, in proposito de operibus Christi dicendum est, qui erat verus Deus, quod nempe ex hoc ipso capite, nempe ex gratia unione, & circumstantia divini suppositi, eius opera reddebantur condigna, & aequalitatem ad satisfaciendum pro peccatis nostris, quae alioqui facta à quoquoque puro homine, nec ratione operis, nec ratione operantis habuissent talem condignitatem, & congruentiam, ut acceptarentur pro infinitis, ut concepit verbis tradidit Doctor 3. disp. q. 10. 2. Quamvis enim etiam concederetur potuisse puram creaturam, si Deo placuisset, satisfacere pro peccatis etiam aliquo modo ad aequalitatem, de quo iustis, adhuc tamen ex parte operantis, esse non potuisse copiosam adeo, & superexcedentem, qualis fuit satisfactio à Christo exhibita ob circumstantiam personae satisfactioem. Ex hac ergo unione hypostatica, & circumstantia personae satisfactioem operantis Christi tantum valorem de lamprent, ac dignitatem, ut non solum adaequarent, sed longe superexcederent gravitatem omnium offensarum, ac iniuriam Deo illarum.

Quod quidem ex doctrina loc. cit. tradita iam explicandum est, quia valor, & dignitas satisfactioem sumitur & augeatur ex dignitate personae satisfactioem, sicut & contra gravitas offensae, & iniuria crescit ex dignitate personae offensae, ut constat in humanis, & expiam morali rerum estimatione; ergo quantum ex uno capite crescit, & aggravatur nostrum peccatum, quia est offensivum Dei dignitatis insinuat, tantum ex alio capite crescit, & dignificatur satisfactio à Christo exhibita ob circumstantiam personae satisfactioem, quae pariter est iniuriae dignitatis; ergo Christi satisfactio antecedenter ad quamcunque divinam acceptationem est ab intrinseco propter condignam, & equivalentem pro peccatis nostris. Addo tamen adhuc in aliquo sensu dici posse, talem condignitatem non illi uniioni convenire ex natura rei, sed tantum ex pacto, & promissione divina in Scoti sententia, quod eodem modo declarandum est de gratia unionis, quemadmodum declarari solet de gratia habituali; sicut enim hanc diximus non ex natura rei, ut talis habitus est, hominem dignificare lib. 3. disp. 7. de iustificatione, quest. 1. sed tantum ex ordinatione divina; ita pariter in presenti de unione hypostatica dicendum est, cum enim in Scoti sententia, ipsa quoque sit cum peccato compossibilis de potentia Dei absoluta, consequenter dicendum est, quod in hoc sensu ex natura rei non elevet opera Christi ad talem condignitatem, sed tantum ex ordinatione divina; haec tamen erit acceptio quaedam habitualis similis illi, quae in gratia habituali involuitur, & potius personam respicit, quam actum; non autem actualis, & quae immediate respiciat actum, qualis est divina



129. I. quod nunquam Scotus dixit divinam acceptationem, & promissionem esse reale meriti constitutum, sed tantum dixit esse merito complementum, quia ad rationem meriti & satisfactio- nem pertinet obligatio iustitiae, quae non potest aliunde inter nos, & Deum, aut inter Christum, & Deum oriri, quam ex pacto, & promissione Dei: Et ibidem etiam sufficienter explicatum est a. 80. quo sensu dixerit Scotus loc. cit. valorem, & con- dignitatem meriti Christi esse divinam acceptationem pendere, & plane Doctor ibidem lib. 2. inquit, quod si illud meritum, nempe Christi fuisse alterius personae, nempe creaturae, tunc nec ratio- nis illius, nec ratione operantis fuisse congruitas acceptationis operis pro iustitiis, quibus verbis satis clarè expressit talem valorem reperiri in operibus Christi antecedenter ad divinam acceptationem esse circumstantia divina personae operantis per humanitatem assumptam qualis reperiri nequit in satisfactio- ne pura creaturae, quem valorem operum Christi nomine congruitas appellat, & non condignitatem, quia sicut toto illo valore, ac dignitate non cogebatur, vel adhibebatur Deus ad concedendum id, ad quod val. bar. operis Christi, quia talis obligatio in Deo non nisi per distinctam acceptationem, vel promissionem induci potest.

Ad 3. tenet Doctor potuisse puram creaturam, si Deo placuisset, satisfacere pro peccatis etiam ad aequalitatem, interveniente divina acceptatione: habituali in ipsa gratia inclusa, quae dedisset operibus eius valorem, & dignitatem antecedenter ad divinam acceptationem actualem, de qua duplici acceptatione actuali, quae respicit actum, & habituali, quae respicit ad personam, satis dictum est disp. p. 1. q. 4. unde saltem est, quod etiam in ea hypothese valor, & condignitas satisfactio- nis illius sumeretur tota- liter ad divinam acceptationem actualem, de qua hic est questio. Sed quod quid sit de hoc, an pura creatura potuisset Deo satisfacere pro peccatis etiam ad aequalitatem divina acceptatione interveniente, de quo in sequentibus, certum est non potuisse eam satisfacere esse adeo copiosam, & excedentem qualis fuit satisfactio Christi exhibita ob circumstantiam personae satisfaciendi, ut expressè monet Doctor cit. 3. disp. 19. q. 10. h.

Ad 3. satisfactio potest dici rigorosa, & perfecta dupliciter, uno modo per exclusionem misericordiae, & gratiae creditoris, alio modo ratione aequalitatis praestati ad debitum: satisfactio Christi non fuit rigorosa, & perfecta apud Scotum in primo sensu, quia intervenit misericordia, & gratia creditoris, ut late constat q. sequens. bene tamen in secundo sensu supposita tamque misericordia, & gratia creditoris reddidit aequalitatem omnino ad debitum, imò & superabundans, unde ex hoc solum sequitur opera Christi non fuisse condigna ex rigore iustitiae, non autem ex aequalitate satisfactio- nis ad offensam, quae tantum spectat aequalitatem valoris operis satisfactorii secundum moralem xli- mabilitatem cum offensâ, undecunque illa proveniat, ut notat Amicus disp. 6. tit. 2. q. 2. 46.

Ad 4. concessa majori negatur omnino minor, quia supposito divinum in Christo gerit omnino vices suppositi proprii, & creati, atque idè actiones Christi, ut omnino tribuuntur supposito divino, sicut tribuerentur supposito creato, si humanitas assumpta in ipso subsisteret, unde Scotus explicando commune axioma, quod actiones sunt suppositorum, 1. disp. 12. q. 10. ad 2. prin. & ad disp. 12. q. 3. ad 2. prin. quod non debeat intelligi in sensu causali, quasi subsistentia sit ratio formalis, vel fundamentum agendi, sed secundum ultimam denominationem, eodem modo loquitur de supposito proprio, & intrinseco naturae, ac de supposito extraneo, & adventivo.

Ad ultimum, illud probat tantum ultimam partem nostrae conclusionis contra Auctores secundae sententiae, imò illud idem argumentum ad hoc ipsum probandum adducitur ab Averl. q. 19. sct. 12. unde dicitur, Christum satisfecisse non solum aequaliter & condigne, sed etiam superabundanter pro peccatis hominum, si attendamus ad quantitatem praestati oblati ratione gratiae unio- nis, ac etiam gratiae habitualis ipsam conaturali ter consequentis, dedit enim plus, quam homo debebat, ac si attendamus ad modum satisfactio- nis, adhuc Christi satisfactio non fuit ita aequalis, ut non indigeret aliqua liberali acceptatione Dei, qui potuit eam, quantumque esset, non acceptare, nec placari erga homines: condignitas enim, & aequalitas praestati quod omnino diversum a puncto acceptationis, ut supra dictum est, condigni enim, & superabundantes sunt verbi gratia centum aurei pro emenda una ulna simplicis panni, & adhuc tamen indigent acceptatione, si enim Dominus panni nollet, non teneret illum dare, etiam si centum vel mille aurei offerantur.

131. Non autem rationabiliter negari potest in satisfactio- nis Christi valor, & aequalitas debito peccati aequalis anteceden- ter ad divinam acceptationem, & promissionem; nec unquam Scotus id negavit, qui 3. disp. 13. q. 2. dixit, in commendanda Christi non male excedere, quantum debere, sed laude sibi debita, si pro-

per ignorantiam oportet in alterum in cedere, quare merito, inquit Hurradus loc. cit. omnino immerito oppositum Scoti tribui unde- quaque p. 11. m. 1. & quod debet rubore suffundi Christi, si qui sententiis ita factum, quia Deus acceptavit opera Christi, supplens illorum valorem, non vero quod ea essent ex se digna tanto honore; nam iuxta illorum sententiam, si Deus acceptasset sanguinem herici quocumque hominè oblatum cum actu ac- tritionis, diceretur exauditus cum clamore valido, & lacrymis, ut exauditus dicitur fuisse Christus, & diceretur adhuc empri- pratio magno, sicut nunc dicitur empri pratio sanguine Chri- sti; Sed quis non videt verba illa, cum lacrymis, & clamore va- lidè, emphasis ad dignitatem praeferre, quibus tribuitur lacry- mis Christi dignitas, & vis ad inoprandam homini remissionem peccatorum? non enim vocat Apostolus magnum clamorem, & validum physicè, sed moraliter quoad valorem, & efficaciam; ergo exprimeret voluit relatis verbis ea opera ex se, & ab intrin- seco fuisse condigna, & non ex sola acceptatione divina: Quis etiam non videt dici non posse nos empri pratio magno, si in nostram redemptionem acceptasset Deus ab homine purum sangui- nem herici oblatum cum actu ac tritionis? quia non censetur mag- num praetium, si quis rem emat maximo valoris pretio minimo, estimato tamen, ac si fesset aequale, vel superabundans: tunc enim potius diceretur magna acceptatio, vel copiosa estimatio, quam copiosa emptio, & magnum praetium; & similiter nostra redemptio diceretur potius copiosa acceptatio, quam copiosa redemptio.

132. Quare tandem obicit Valquez disp. 5. tit. 6. probans 132. contra non referri acceptationem Dei ad satisfactio- nem Christi quatuor rationibus, quarum tres iam sunt solutae disp. p. 1. q. 4. art. 1. n. 142. quarta verò dicit, quia sequeretur Christum non meruisse redemptionem nec etiam quoad sufficientiam parvalis, quibus remedium baptismi post adventum ipsius applicari non potuisset: siquidem Deus non promisit Christo, si darum illis opportunitatem sufficientem, qua posset eis remedium passionis Christi applicari. Respondetur his quoque parvulis Christum meruisse saltem quoad sufficientiam, quatenus meruit, ut institueretur reme- dium in se sufficientem tantum pro illis, quam pro aliis, nempe bap- tismi Sacramentum: quamvis non fuerit Deo acceptatum meri- tum Christi ad hoc, ut tempa applicaretur, vel proxime applica- ri posset tale remedium nisi parvulis sine baptismo decedentibus: ex antecedenti tamen ordinatione, ac simplicii complacencia de omnino salute, hos etiam parvulos includendo, tale remedium fuit institutum, & in hoc reperitur acceptio divina.

QUESTIO QVARTA.

An Christus, sicut condigno, & aliunde pro nobis satisfecit, sic etiam ex iustitia satisfecerit, & ex toto rigore iustitiae.

A ffirmat Suarez disp. 1. sec. 5. cum magna Recentiorum ca- terura, & Thomistarum. Negat Valquez sententiam non minori phalange: Alii verò media quadam graduuntur via, ut consistat in resolutione questio- nis: Sed antequam ulterius progrediamur, ad remittendum quorundam Thomistarum auctiam contra sententiam negativam oblatantium, & praesertim Bartholomaei Medinae 3. par. 9. c. 1. art. 3. dicitur Scotum in hac materia parum reverenter, & dignè loqui de Christo Domino, dum hanc excel- lentiam, & perfectiorem negat satisfactio- nis Christi, quod fuerit ex toto rigore iustitiae, advertendum cum Morando 1. traet. 1. q. 46. & aliis etiam affirmativam sententiam tuebentibus, nihil facere ad celebrantem satisfactio- nis, & meritum Christi. Salvacoris pro nostra salute Deo oblato- rum, an fuerit ex rigorosa iustitia commutativa, an ex vindictiva, an ex legali, vel tantum ex quadam iustitia late sumptam; quoniam omnes sunt questio- nes, quae non minuit exemplum satisfactio- nis Christi, & meri- torum eius, cum omnes Theologi fateantur, & in hoc conveniant, quod fuerit maximum, quod sit, in ratione satisfactio- nis, & meriti intensivè. Quod si dicatur aliqui non fuisse ex rigorosa iustitia, hoc plane non asserunt, quasi quidemquam detrahere vellet praedictam satisfactio- nis, & meriti Christi; sed quia censent non dari inter Deum, & Christum rigorosam iustitiam. Nec SS. Patres, & veteres Scholastici, qui adeo illa exollunt, alud intendunt, nisi Christum pro nobis obulisse, nemùm sufficienter ad Deum placandum, & hominibus reconci- liandum, sed ad abundantiam: & adeo eximiam fuisse plenissi- mè huius satisfactio- nis, qualem praeter Deum in aliqua natura assumpta nulla potuit exhibere creatura, & purus homo, quod sane admittunt omnes Theologi etiam sententiae negativae fau- tores, & praesertim Scotus sepe cit. 3. disp. 19. q. 10. ubi com- munitè opera Christi longe maiorem habuisse congruitatem, & condignitatem, ut à Deo acceptaretur in solutionem debiti ro- nus.

tius humani generis, quam opera cuiuscunque puri hominis aut alterius creaturae, quantumcumque gratia plane: etiam si ad- huc exto rigore iustitiae non satisfecerit: aliud enim est Chris- tum satisfecisse condigne, & ad aequalitatem, aliud verò satis- fecisse ex toto rigore iustitiae, ut mox videbimus, proprie loquen- do, & licet prius digne, & pie Christo negari nequeat, ut vi- sum est, quest. bene tamen secundum.

134. Difficultas itaque praesens non est, an satisfactio Christi tan- tam habeat dignitatem, & valorem, ut eo rigore aequalitatis, quae requiritur in materia iustitiae, ei correspondere debeat re- missio nostrorum peccatorum, nam in hoc sensu unice dici po- test, ac debet Christum satisfecisse de toto rigore iustitiae pro no- stris peccatis, quia reddidit omnino aequalem satisfactio- nem, immò excedentem debitum: Sed difficultas est, an in satisfactio- ne solae inter homines assignari in satisfactio- nis pro iniuria, & offensâ illata; quae difficultas similis est illi, quam examina- vimus disp. p. 1. q. 5. an Deus ex iustitia teneretur retribuere mercedem gloriae pro nostris meritis, & omnino ex eius resolu- tione dependere quae sit ibi diximus eam questionem, quam vis adeo acriter contraverit inter Recentiores, esse magna ex parte de nomine, ita idem iudicium in praesenti ferendum est de proposita controversia.

ARTICULUS PRIMUS.

Controversiae decisio.

135. Dvas partes habet haec controversia, una est ex parte Dei, an scilicet Deus iustitiam exerceat remittendo nobis iniurias, & offensas, pro quibus Christus satisfecit: altera est ex parte Christi, an Christus actum iustitiae exercuerit satisfaciendo pro nobis, & solvendo nostra debita, & quoad utramque partem de- cendat esse ex dictis loc. cit. Quare sicut ibi dicebamus Deum non remunerare merita ex vera, & propria iustitia, quatenus ea remunerando non exercet solum iustitiam communi modo dictam, quae coincidit cum sanctitate, seu virtute in communi, in- clinandi ad faciendâ, quae recta fuit, & convenientia; nec so- lum iustitiam late sumptam, aut metaphoricè dictam, prout cum fidelitate coincide, vel gratitudine, quae quidem virtutes in- ter partes iustitiae potestatis connumerantur; non tamen ex- exercere iustitiam omnibus conditionibus instructam ad rigoro- sam iustitiam requirit, qualis est iustitia commutativa inter ho- mines. Ita pariter in proposito dicendum, Deum erga Christum satisfaciendo remittendo peccata nostra, exercere veram, & pro- priam iustitiam, & non eam in communi, vel metaphoricè dictam, quasi Deus acceptaverit satisfactio- nem Christi ex sola charitate, vel gratuita promissione, ut secunda sententia dicebat, non tamen iustitiam rigorosam, & omnibus conditionibus in- structam, qualis exercetur inter homines, ut prima asserbat sen- tentia: quare erit iustitia quaedam secundum quid dicta, qualis esse dicitur ab Arist. 5. Ethic. cap. 1. inter Patrem, & Filium, Ser- vum, & Dominum.

136. Et quidem, quod Deus remittendo nobis debita inquiri satis- factio- nis Christi, non exerceret solum iustitiam communitè, vel metaphoricè dictam, ex eo patet, quia hac ratione pariter dici deberet voluisse ex iustitia incarnari, cum hoc valde con- veniens, & rectum fuerit, quod est obiectum iustitiae communi- ter dictae: ac quid plus importat debuisse Deum ob praetium satis- factio- nis Christi ex iustitia remittere peccata, ut ex ipsis Ter- minis constat: Nec dici potest exercuisse iustitiam solum meta- phoricè dictam, prout coincide cum fidelitate, vel gratitu- dine, quia gratuito includit compensatione beneficii accepti, quod in Deum non cadit, & excludit obligationem rigorosam ex promissione ortam, quae tamen promissio fuit in Deo de re- mittendis nobis peccatis in iustitia satisfactio- nis Christi: fidelitas verò constituit in adimplente pure promissione; unde si Deus promississet peccata remittere nulla exhibita satisfactio- ne, adhuc ex fidelitate debuisset illa remittere: cum ergo haec promissio facta fuerit sub conditione onerosa satisfactio- nis exhibendae aequa- lis, & condignae plane intervenit plurius simplex fidelitas, & quadam peculiaris obligatio fundans iustitiam magis strictè sumptam, ut explicatum est quest. 5. tit. 19. q. 190. Non ta- men iustitiam rigorosam, & omnibus conditionibus instructam, qualis inter homines exercetur; iustitia enim commutativa inter homines consistit in commutatione dati, & accepti, vel in ada- equatione oblatai, & restituti cum translatione domini ex una ad aliam partem, quae commutatio, & translatio locum non habe- rit in Deum, & homines, quia non potest quidem ex eius do- minio subtrahi, nec aliquid à nobis de novo acquirere, & ad sumum dominium avocare, quia omnia semper sunt sub pleni- simo eius dominio, ut late probatum est quest. 5. tit. 19. q. 3.

137. Reita ergo, quod remittendo nobis debita inquiri satis- factio- nis Christi exercetur veram, & propriam iustitiam, urdi- Med. Tom. Tertius.

138. fingitur à iustitia communitè, vel metaphoricè dicta, licet non rigorosam, qualis inter homines exercetur, quia nimirum Christus Deo obtulit pro nostrorum remissione peccatorum satis- factio- nem adeo condignam, & aequivalentem, ut Deus non mere- retur gratis, nec solum ob aliquam congruitatem, sed ob ultimum, ac rigorosum praetium sibi personatum iuxta normam iustitiae de- buerit nobis peccata dimittere, & in hoc sensu dixerit docuit Paulus ad Roman. 3. Deum erga Christum iustitiam fecerit veram, & propriam exercuisse iustitiam dicens, quem propositis deus pro- pitiationem per sanguinem ipsius ad ostensionem iustitiae suae propter remissionem peccatorum delictorum, quae quidem iustitia, quia in quibusdam conditionibus convenit cum iustitia rigorosa inter homines conclusa, ut potè in adimplenda propria obligatio- ne, & in servanda rigorosa aequalitate oblatai, & restituti per sa- tisfactio- nem, in aliis verò conditionibus differit, nimirum in ratio- ne domini, & acquisitionis, five translati- onis, & suo supremo domino conveniens: Et sicut iustitiam Dei in ordine ad merita remuneranda diximus quest. 5. tit. 190. vocandam esse abso- lute retributam, & praemiativam ex Scoto 1. disp. 17. q. 10. KK. ne vocaretur commutativa, ita in praesenti in ordine ad con- dignam Christi satisfactio- nem, cuius intuitu peccata nostra dimi- sisset, rectè vocari poterit iustitia remissiva, & commutativa: & ad denominationem huius iustitiae praeter aequalitatem, & condi- gnitatem ex parte satisfactio- nis Christi, requiruntur etiam obligatio promissionis, & acceptationis ex parte voluntatis Dei, quoniam quantumcumque Christus operatus esset, non oblatum to- toto valore, ac dignitate operationum eius, non fuisset Deus debitor ex iustitia, nisi liberè promississet, & acceptasset tale etiam debitum ex iustitia resolutum in ipso eodem unum quae aequalitate praestati oblatai, ac libera ipsius promissione, & est debitum quoddam medium inter debitum pure, & simpliciter gratis, ex una parte, & debitum rigorosè iustitiae, ex alia, strictius solum, & laudis illius, ut explicui q. 5. tit. 190. quod prout dicitur potest debitum iustitiae secundum quid, quod totum scire ad- noravit Averl. quest. 19. sct. 14.

Ex alia quoque parte, ut debita reverteretur proportio, Christus satisfaciendo pro peccatis nostris exercuit actum iustitiae erga Deum, nam per condignam satisfactio- nem ab ipso exhibitam acquisivit ius, ut Deus remitteret offensam, & ex vi talis satis- factio- nis à Deo acceptatae, ipse non habuit amplius illud, quod ante adversus hominem habebat, adeo quod si iuxta promissionem à Deo factam nollet offensam homini peccatoris remitte- re, sed vellet adhuc illum punire, iniustitiam committeret, & ius à Christo acquisitum laederet, et modo, quo ledetur ius satisfecit ad iustitiam, sicut Deus ex iustitia obligatus manet post accepta- tam satisfactio- nem ad remittendam peccatoris offensam. Sed quamvis verè, & proprie ex iustitia satisfecit, & actus satisfac- torii eius ex ratione, qua satisfactorii erant, procederet saltem imperativè à virtute aliqua iustitiae, quatenus tunc debeat ad re- compensandam, & resarcendam iniuriam Deo illatam, quod incidere, & procurare est proprium virtutis iustitiae proprie, & specialiter acceptae; & quamvis condignam reddidit satis- factio- nem iniuriae quae valentem adhuc tamen ex rigorosa iustitia non satisfecit, sicut apud homines contingit, quia aequalitas, quam iustitia rigorosa constituit inter creditorem, & debito- rem, confligit simpliciter ex ipsa natura dati, & accepti, & nullo modo fundatur in gratia, & liberalitate creditoris, ut explicui disp. p. 1. q. 172. & 185. cuius oppositum contingit in satisfactio- nis Christi, ut infra videbimus.

Iaque ut summam totam hanc questionem resolvamus, & appareat qualis, & quanta fuerit satisfactio Christi, distinguenda est satisfactio, sicut disp. p. 1. q. 190. dicitur de merito, quod diximus esse triplex: unum de congruo, & est illud, quod non est aequale praetium in valore, & dignitate, illique tribuitur praetium magna ex parte ex bonitate, & liberalitate retribu- entis: aliud verò est meritum de condigno, quod est aequale, ac proportionatum praetio, & accedente promissione, & acceptatione retribuentis pertinet ad iustitiam, nam obliga- tio ex iustitia proprie dicta, ut distinguatur à fidelitate, & gra- titudine oritur ex promissione sub conditione onerosa operis, qualis, ut condignat ad rem promissam ex dictis disp. p. 1. q. 159. Tertium tandem dicitur meritum de rigore iustitiae, quod non solum est aequale, & proportionatum cum praetio, sed ultra hoc est ex propriis bonis meritis, & ex aliis indebitis cum aliis conditionibus ad rigorosam iustitiam requisitis. Pariter ergo in proposito de satisfactio- nis philosophandum est, ac distinguendum, quod duplex est satisfactio alia perfecta, & alia imperfecta: prima est, per quam condigne, & adae- quate compensatur iniuria, vel ablatum restituitur, ut si de- bus mille, solvat mille, altera verò, quae non est de se adaequa-